

ter postulat in Principe, extraordinarium dicitur. Eodem modo manus quod imponitur extra ordinem propter publicam utilitatem extraordinarium est, ut notat Innoc. in c. Non minus super glossam in verbo prohibemus, infra de immunit. Eccl'es. qui idem dicit de munere injuncto ad instructionem itinerum & pontium. In specie autem collectas quae imponuntur personae pro rebus, munera extraordinaria esse, cum certam & determinatam praestationem non habeant, firmant Gemin. d. conf. 116. n. 2. plene Joan. de Imol. conf. 48. In casu praemisso. Aret. conf. 132. in causa qua vertitur in princ. & Alex. conf. 68. wjo in princ. lib. 2. quibus adde Baldum

conf. 112. de Generali n. 6. vers. Quoddam est munus lib. 2. qui dicit collectam esse munus repentinum & extraordinarium quod pro necessitatibus temporum variatur & est quandoque magnum, quandoque parvum, quandoque nullum. Quod tamen intelligi nisi collecta esse statuto vel Constitutione esse effecta ordinaria, quod fieri potest, ut lege 1. cod. de iudic. lib. 10. dummodo tamen hoc fiat lege, Senatufconsulto vel Constitutione Principis. Aliis enim statutum inferiorem facere non potest ut collecta sit munus ordinarium, ut declarat Baldus dicto consilio 112. num. 6. vers. Pratered statutam.



# DE CENSIBUS.

Innocentius III. Spoletano Episcopo.

## CAPUT XX.

**O**lim causam, quam adversus Clericos plebis Rupinae, super synodatico proponebas, Tudertin. Episcopo & collegis suis commissum terminandam, coram quibus ex parte tua fuit propositum, quod cum iidem Clerici praedecessoribus tuis tres in festo Nativitatis, & tres in festo Resurrectionis Dominicae, pro synodatico solverint denarios Papien. nunc tantum tres Lucenses pro singulis denariis Papien. persolvebant: cum tamen unus denarius Papien. valeat sex Lucen. unde petebas eos ad Papien. solutionem compelli: cum & si tu Lucen. primo anno receperis, semper tamen jus tuum postmodum fueris protestatus: & infra. Cum igitur constet, quod Papien. olim pro synodatico solvebantur; quod ex eo etiam sequitur, quod Lucen. soluti sunt postmodum pro eisdem, cum ex dictis testium, & confessione advocati alterius partis non revocata, postmodum appareat evidenter, quod tempore L. praedecessoris tui pro synodatico, Papiensis fuit moneta soluta & a tempore dicti L. non nisi triginta sex annorum, ad plus, tempus effluerit, & sit legitime comprobatum, quod tres Lucenses, qui pro uno Papien. post mortem ipsius L. solvebantur, quinque vel sex valebant ex illis, qui hodie sunt in usu; Intelligentes ex hoc, quod pro monetae declinationem acciderit, ut usque ad tempus tuum Lucen. dati fuerint pro synodatico, sicut erant in usu, procuratorem adversae partis nomine Clericorum plebis praedictae, tibi ad solutionem denariorum Papiensium, vel estimationem eorum pro synodatico per definitivam sententiam condemnamus.

## SUMMARIUM.

- 1 Censur solvendi sunt ad antiquam monetam in qua inscripti fuerint & n. 2.
- 2 Nisi sit in alterius moneta solutione praescriptum n. 1. & n. 14. seqq.
- 3 Moneta valor alteratur intrinsece vel extrinsece.
- 4 Moneta valor cum alteratur intrinsece, fieri debet solutio ex antiqua moneta, si extet, sin minus ad illius estimationem.
- 5 Amplia primò, si moneta valor fuerit antea sine immutata n. 6.
- 6 Amplia secundò, etiam si creditor per plures vices receperit solutionem in alia moneta n. 7.
- 7 Amplia tertio, etiam si illum receperit sine ulla protestatione n. 8.
- 8 Amplia quarto, etiam in ultima voluntate n. 9.
- 9 Amplia quinto, etiam in pensione n. 12.
- 10 Amplia sexto, ex quacumque dispositione debitum fuerit contractum n. 13.
- 11 Limita nisi fuerit in alterius moneta solutione praescriptum n. 14. & seqq.
- 12 Estimatio licet non fuerit petita in libello, tamen quando aliquid dari vel tradi est in obligatione, iudex potest vendicare ad rem vel ad illius estimationem.
- 13 Legatum florenorum solvi debet ad rationem monetae qua currebat tempore conditi testamenti.
- 14 Idem in legato annuo.
- 15 Solutio fieri debet ad monetam currentem tempore solutionis, quando obligatio est incerta.
- 16 Pensio si valor monetae alteratur intrinsece, solvi debet de pecunia qua currebat tempore reservationis.
- 17 Praescriptio inducitur tam pro debitore quam pro creditore, si soluta fuerit moneta unius speciei spatio longissimi temporis.
- 18 Censur solvendi non potest.
- 19 Quod verum est in totum, sed in parte fecit.
- 20 Nisi debitor sit in mala fide solvendum denarios Papienses pro Lucensibus.
- 21 Praescriptio solutionis in aliena moneta procedit non obstante protestatione creditoris.
- 22 Protestatio non interruptit praescriptionem nisi in casibus & n.
- 23 Praescriptio censur in alia moneta contra Ecclesiam debet esse quadragenaria, contra privatum sufficit triginta annorum.
- 24 Moneta valor si alteratur extrinsece, fieri debet solutio habito respectu ad valorem monetae secundum tempus solutionis.

- 23 In estimatione valoris inspicitur tempus solutionis.
- 24 Moneta quando fuit taxata ab initio, in solutione attenditur valor taxatus.
- 25 Estimatio facit veridictonem.

**O**lim. Solvendi fuerint ad antiquam monetam in qua inscripti fuerint, nisi sit in alterius monetae solutione praescriptum. Hoc dicit secundum omnes & est casus valde notabilis secundum Abb. Primò narrat factum. Secundò dicitur exprimendo motiva ibi, Cum igitur.

**Nota** ex hac Decretali solutionem censur faciendam esse ad antiquam monetam qua currebat tempore institutionis. Et ita hic est casus ad litteram secundum Joan. Andr. Burr. Cardinal. Anchar. Abb. & Joan. de Anan. in summ. text.

**Caill.** conf. 35. num. 12. Sed quia in hac materia ingens est opinionum varietas, ut patet ex compilatis per Antonium Gabriel. comm. conclus. lib. 3. de solut. conclus. 1. cum plurib. & seqq. Pro clariori explicatione distinguendi sunt duo casus principales. Primus est quando valor, seu bonitas monetae alteratur intrinsece ob alterationem materis, seu ligae vel ponderis. Secundus est quando valor seu bonitas monetae alteratur extrinsece, eò quod eodem pondere, materia & liga manentibus alteratur monetae valor ob Principis voluntatem vel aliam causam extrinsecam vel accidentalem ut plene notatur in cap. Quanta supra de jurejur. & per Legistas in l. Cum quid, ff. Si certum potatur & per Anchar. hic in 6. notab.

In primo casu id est cum bonitas, seu valor monetae alteratur extrinsece, haec sit conclusio videlicet solutionem debiti precuarit faciendam esse ex moneta antiqua qua solvitur currebat tempore debiti contracti, si inventiatur; non autem ea nova que modo est in usu, si verò non inventiatur antiqua tunc faciendam esse solutionem ad illius estimationem id est ex nova aequivalente antiquae. Ita Innoc. hic in princ. Host. num. 1. in verb. Ad Papiens. Abb. Antiq. & Joan. Andr. ambo num. 2. Abb. Sicul. num. 4. & alii communiter Host. in cap. Quanto n. 4. vers. Quid ergo si Mercator. de jurejur. & ibi Joan. Andr. num. 6. vers. Quare autem Hostien. Burr. num. 12. vers. Secundum quando Anchar. n. 10. vers. Quarto quare Imol. num. 18. vers. Circa tertium, & Abb. num. 12. vers. Venio ad secundum, ubi asserit ita communiter teneri per Canonistas & Legistas, Burr. in l. Paulus, l. prima num. 6. vers. Quarto quid si moneta est mutata ff. de solut. Bald. in l. Acceptum num. 45. in 17. q. 1. Cod. de usur. Bertrand. dicens communem in consil. 312. in princ. vol. 1. & alii plures apud Gabriel. commun. conclus. lib. 3. de solut. concl. 1. num. 1.

Ratio hujus conclusionis est, quia moneta ipsa antiqua erat in obligatione ac etiam in condemnatione ut per Innoc. in princ. Abb. Antiq. num. 3. Host. num. 17. in verb. Denariorum Papiensium, Joan. Andr. numer. 5. Burr. in l. Si quis stipulatus n. 3. de solut. Bald. conf. 213. n. 2. vol. 5. Rota decis. 149. num. 4. part. 2. recentiorum.

Et clare probatur in hac Decretali, nam denarii Papienses pro synodatico erant in obligatione & de illis ab ipso fuit facta petitio ut patet ibi. (Unde petebas eos ad Papiensium solutionem compelli.) Et Pontifex per definitivam sententiam condemnavit Clericos ad solutionem Papien. vel ad estimationem eorum ut patet in fin. text. quia scilicet Papienses non reperiebantur, alioquin facta fuisset sententia, qua cum res peteretur & praestari posset, in estimationem condemnaret ut l. fin. Cod. de fideicom. libert. & obliaret l. Ut fundus, ff. comm. divid. & cap. Cum dilectus, §. final. de ordin. cognit. non enim placet expositio Host. hic num. 1. in verb. Compelli, suppletis litteram & dicens hic fuisse petitam alternativam solutionem Papiensium vel eorum estimationem. Quoniam hoc est divinare, cum in petitione Episcopi nulla mentio de estimatione facta fuerit secundum Abb. hic num. 5. Hic igitur fuerunt petiti Papienses simpliciter & qua non exstant, etiam ad eorum estimationem fuit facta condemnatio, nec sententia fuit inepta quia quando aliquid dari vel tradi est in obligatione facti cit in libello illud petere & si haberi non potest, iudex potest condemnare ad illud quod est in obligatione tradendum vel ad illius estimationem, licet estimatio non fuerit petita in libello, ut notat Barr. in l. Stipulationes non dividuntur in fin. ff. de verb. obligat. quod dicit valde notandum Abb. hic n. 5. Et est simile in eo qui agit exempto ad rem venditam nam res in obligatione est, l. Exemptio in 1. responso, ff. de ac. empt. Et ideo res ipsa venit in condemnatione ut ibi, Sed venditor liberatur praestando interesse, l. 4. ff. cod. Sicut liberatur hic debitor praestando estimationem secundum Innoc. hic in princ. Host. num. 1. in verb. At Papien. & n. 7. in verb. Denariorum Papiensium & Joan. Andr. num. 3. & 5.

**Amplia** primò conclusionem superius firmatam, ut locum habeat five antiquae monetae valor fuerit intrinsece suctus, five immutatus, utroque enim casu si moneta ipsa antiqua non reperitur, fieri debet solutio ad illius estimationem, nulla habita ratione augmenti vel diminutionis, glossa ultima

hic dicens per hoc solvi questionem Dominicalem Bartholomaei Brixienlis 23. incipientem Cum ad Mansferianum quod ad antiquam monetam & mensuram antiquam facienda est solutio five nova sit melior, ut c. Quanta supra de jurejur. & eik exprellum in c. Cum Canonici infra eodem, five sit deterior ut in hoc cap. & cum glossa transeunt hic Innoc. post med. in verbo Papien. arg. ad veterem, Host. in fin. Abb. Antiq. in princ. dicens secundum monetam antiquam constitutam persolvendum esse annuum censum, five sit minorata, ut hic (sicut intrinsece) five majorata, ut cap. Cum Canonici infra eodem, Bald. conf. 499. Quastio ista n. 2. vers. & contra si moneta parva esset ingrossata, non propter crescentem praestatio, vol. 1. & alii apud Anton. Gabr. lib. 3. de solut. conclus. 1. n. 18. & 19.

**Amplia** secundò, etiam si creditor per plures vices receperit solutionem censur in alia moneta ab illa in qua fuit institutus, ut patet in hoc cap. ubi Episcopus receperat denarios Lucentes spatio triginta annorum; & nihilominus sibi non praedjudicavit in Papiensibus, cum praescriptio non esset completa, ut latius dicitur infra in prima limitatione.

**Amplia** tertio, etiam si creditor receperit novam monetam simpliciter, ac sine ulla protestatione, quia nihilominus sibi non praedjudicat in antiqua, ut hic tenet Innoc. qui exponens litteram in verbo protestatus, dicit idem esse si protestatus non esset & sequitur Host. n. 2.

**Amplia** quarto, etiam in ultima voluntate, nam si testator legavit centum florenos & postea tamdiu supervixit, ut intrinsece mutata fuerit moneta, solvendum est legatum ad rationem monetae qua currebat tempore conditi testamenti, ut ex facto respondit Oldradus conf. 31. Thema tale est quia condens, ideoque legatum annuum debetur juxta estimationem monetae qua erat in usu tempore facti legati, quando est facta mutatio in bonitate intrinseca secundum veriore & magis communem opinionem de qua late per Albertum Brunum in tractatu de augm. in ult. conclus. princ. & in 9. declarat. Signoroli. conf. 74. per totum. Aret. conf. 84. diligenter in princ. Corn. conf. 277 in 4. consultat. in fin. lib. 1. & conf. 181. lib. 2. & conf. 109. in princ. lib. 4. ubi attestatur hanc esse communem fore omnium sententiam. Socin. conf. 298. pro fundamento lib. 2. qui n. 1. vers. Ubi dicit Abbas, similiter testatur hanc sententiam tenere omnes tam Legistas quam Canonistas. Et quamvis Romanus conf. 123. circa primam in princ. & n. 1. col. 2. vers. Praemissi tamen, tenuerit in debito ex testamento solvendam esse monetam currentem tempore solutionis, non autem tempore conditi testamenti per textum de quo dicit Oldradum non fuisse recordatum in l. cum certum hic pretium praesentis temporis, ff. de aur. & arg. leg. tamen ille textus iudicio meo parum facit, quia loquitur in eo casu in quo certa species pecuniae non fuit designata, sed certum auri vel argenti pondus legatum. Quotiescumque autem obligatio est incerta quoad pecuniam, veluti si promitto solvere centum, nec dico in auro, sed simpliciter scuta centum, semper solutio faciendae est ad monetam currentem tempore solutionis, ut notat Bald. conf. 497. Super facto Domini n. 1. vers. In contrarium lib. 5. Caetlin. conf. 35. n. 9. unde non recedat à communi opinionem.

**Amplia** quinto etiam in pensione, quia si moneta erat in villa & augetur intrinsece, solutio fieri debet de illa pecunia vili qua currebat tempore reservationis vel de nova, habito respectu ad valorem illius vilis monetae; & idem in casu converso si valor intrinsece monetae antiquae diminuitur. Oldrad. conf. 250. Factum tale est. Bonifac. num. 1. vers. ad primam questionem.

**Ampliat** sexto, generaliter ex quacumque dispositione debitum fuerit contractum, quia solutio fieri debet de moneta qua currebat tempore debiti contracti, aut si non extet de moneta qua modo est in usu, ad estimationem tamen monetae antiquae. Abb. hic n. 4. & conf. 56. quod solutio in princ. & per tot. lib. 2. Bald. conf. 499. cum vobis num. 1. vers. Quastio ista vel 1. ubi quod in omni contractu & obligatione attenditur valor intrinsece monetae tempore contractus, Gemin. conf. 137. Quia aliud in princ. vers. Item ista mutatio, plenissime Signoroli. conf. 74. Quastio talis per tot.

Limita nunc propositam conclusionem nisi fuerit in alterius monetae solutione praescriptum, ut patet a contrario sensu in hoc cap. hic, non nisi triginta sex annorum ad plus tempus effluerit. Per hoc enim innuit ut si effluerit tempus annorum quadraginta, bene praescriptum esset in solutione alterius monetae; & ita ex hac littera deducit glossa in verbo non nisi triginta sex. Innoc. circa finem in verbo Papien. Abb. Antiq. n. 1. Joan. Andr. n. 10. & idem Joan. Andr. Burr. Anchar. & omnes supra in summa textus. Bald. conf. ult. quod est conf. 500. n. 2. lib. 1. Hinc colligit, ut si creditor recipiat unam speciem pecuniae loco alterius longissimo tempore non cogi-

per alium visitat tunc ille tantum qui visitat recipiet moderatam procuracionem, ut c. Si Episcopus de offic. Ordin. eod. lib. & sequitur Collect. hic num. 2. vers. Quod si Episcopus quod multo clarius procedit hodie, quia ex Conc. Trident. in d. c. 3. sess. 24. procuratio debetur visitantibus pro temporis tantum necessitate & non ultra. Unde cum Episcopus Elien. propter egritudinem in visitatione Diocesani contractam non possit inchoatam visitationem per seipsum perficere abique evidenti vitæ periculo cum esset annorum sexaginta quinque; & propterea petisset à Sacra Congregatione Concilii, ut sibi tribueretur facultas alium ad id munus idoneum deputandi & nihilominus sibi procuracionem percipiendi ac si personaliter visitaret; Die 23. Novemb. 1613. Sacra Congregatio ponderatis iuribus superius citatis censuit non esse Episcopo concedendum ut sibi procuracionem percipiat cum personaliter ipse non visitat.

15 Quinto nota ibi, *exhibitionem & personarum mediocritatem observant.* Episcopus in visitatione debere esse contentos modesto equitatu famulatuque ne scilicet inutilibus sumptibus cuiquam graves vel onerosi sint, concordat Concilium Lateranense in c. Cum Apostolus supra eod. & Tridentinum in d. c. 63. vers. Idemque sess. 24. Vetus autem eorum vel feratras Sacra Congregatio censuit visitantibus non deberi sed tantummodum vicium pro equo. Similiter ut inquit formaliter Innocent. hic in princip. si equi moriantur & visitans velit alios emere vel etiam expensas velit recuperare quas fecit in eundo ad locum quem modo visitat vel alia consimilia hæc omnia petet ultra computationem istarum procuracionum ad dies, id est hoc esset contra mentem hujus Decretalis, quia horum computatio excederet procuracionem ad dies hic præfixam, prout Innocent. verba interpretatur Host. n. 3. & sequuntur totidem verbis Abb. Antiqui. n. 1. Joan. Andr. n. 4. & Cardin. in 4. notab.

18 Sexto nota numerum procuracionum esse commensurandum numero dierum in quibus munus visitationis impenditur ut hic patet in vers. Ita quod numerus procuracionum & notat Butr. & Cardin. ambo num. 2.

19 Septimo nota ibi, *duo vel plures, argumentum optimum* quod si una Ecclesia non possit integrè Episcopum procurare, licet Episcopo plures Ecclesias ad unam procuracionem solvendam congregare; concordat c. Cum instantia supra eod. & tenet Joan. in cap. Illud in gloss. unico & in cap. Inter cetera in gloss. ult. in fin. n. 10. quest. 3. Bernard. in cap. Cum Apostolus supra eod. Innoc. & Host. in c. Conquerente supra de offic. ordinari. Contrarium notat Archid. in c. Romana num. 1. super verb. De pluribus infra eod. lib. 6. ubi miratur de sententia dictionum Patrum; quia hæc non videtur iusta causa talis communis convocacionis, nam si Episcopus potest accedere ad locum cuiusque Ecclesie debet hoc facere, ut patet hic & in d. cap. Conquerente in vers. Ita quod cum, &c. quod si Ecclesia sit pauper, tunc nihil exigit sed suis expensis visitabit ut est expressum in c. Placuit 1. qu. 2. etiam si vult offeratur, cum paupertas excuset cap. Cavendum autem 10. qu. 2. c. Cum Apostolus in fine supra eodem, & c. statutum §. Provisurus in fin. de rescriptis. lib. 6. Nec obstat secundum Archid. hæc Decretalis, & c. Cum instantia supra eod. quoniam non loquuntur de Episcopis visitantibus quoad contributionem, sed de legatis vel Nuntii Sed. Apostol. non tamen visitantibus, nos verò loquimur de Episcopis visitantibus, qui debent recipere procuracionem à locis visitatis duntaxat ut in d. c. Romana §. Deinde in fin. & c. Felicis de cons. lib. 6. Ita Archid. quem hic refert & sequitur Joan. Andr. n. 11. in gloss. Læsa & Anchar. in 5. notab. Sed primam sententiam putat esse veritatem Collecta. hic num. 4. quia Innoc. & alii supra citati non dicunt paupertatem esse iustam causam convocandi populum unius Ecclesie ad aliam; sed uniendo plures in una procuracione, impenso nihilominus debito visitationis officio, ut hic. Non videtur tamen recedendum à secunda opinione Archid. quia cum Ecclesie egestate laborantes Episcopus teneatur sumptibus propriis visitare, si dum visitat Ecclesiam pauperem, recipere procuracionem ab aliis Ecclesiis constata, utique Ecclesiam illam non visitaret sumptibus propriis sed magis sumptibus aliarum Ecclesiarum contra iura supra citata ab Archid. & vide quod scripsi in c. Venerabili n. 33. & seq. inf. eod.

21 Octavo nota in §. porro, circa que insilire debeat officium Visitatoris, ad idem c. Romana §. Sane infra eod. lib. 6. & Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 3. ubi visitationem omnium dicitur præcipuum esse scopum, sanam Orthodoxamque doctrinam expulsi hæresibus inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortationibus & admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiamque accendere.

22 Ultimo nota ibi, *tantumdem impendat.* Prelatos exigentes procuracionem; cum personaliter non visitant, non tantum teneri sic exactum restituere Ecclesie gravatis, sed etiam tantumdem in pecuniam transgressivis. Qui ergo sic gravat

Ecclesiam in procuracione punitur in duplum, ut hic præf. & concordat c. Exigit infra eod. lib. 6. quod innovatur & ampliat à Concilio Tridentino in cap. 3. §. Quod si Episcopus, quom sess. 24. ubi statuitur ut si quis in casibus hic expressis aliquid amplius accipere presumpserit, dupli restituitionem intra mensem faciendam aliis etiam penis iuxta d. c. Exigit, necnon & alius penis in Sinodo provinciani arbitrio Sinodi absque ulla spe venie multetur.

Non obstat textus in c. Quoniam 18. dist. ubi imponitur pena quadrupli, nam à gloss. & Doctoribus dantur plures solutiones. Prima solutio est gloss. ultim. hic que asserit illum textum procedere in Prelato qui gravat Ecclesiam in Xenig. sed hæc solutio communiter reprehenditur à DD. quia est contra textum in c. Romana §. Procuraciones in fin. infra eod. lib. 6. ubi de Prelato, qui in visitatione accipit Xenig. seu munera etiam sponte oblata, statuitur ut maledictionem incurrat, à qua nunquam liberetur, nisi duplum restituat. Idemque habetur in d. c. Saigit & in d. c. 3. sess. 24.

Secunda solutio est gloss. in d. c. Quoniam & Collect. hic num. 4. in verb. Tantumdem Joan. Andr. n. 11. Host. n. 4. & Butr. in fin. qui asserunt penam quadrupli habere locum in Prelato qui per vim vel concussione aliquid extorquet argum. in Auth. ut Judices sine quoquo suffragio §. Sic igitur & §. Necessitates, utrobique in hoc solutio est in se vera, quia crimen concussione punitur pena quadrupli, ut est textus in capite Sacramentum 1. quest. 7. sed dicitur ad text. in d. c. Quoniam secundum Card. hic n. 8. ita oppos. Tertia igitur vera solutio est eisdem Card. quod illic text. loquatur in alio casu videlicet in Archiepiscopo, qui aliquid auferit Episc. ex bonis que secum detulit dum accedit ad Provinciale Concilium, prope sonat illa litera. Sed quod spectat ad procuracionem, Ecclesia hanc rigorem quadrupli non admittit, ut legitur & notat in c. Fratres 11. q. 2. & per Collecta. hic n. 3. in verb. Tantumdem. Non obstat text. in c. Quia plerique infra de immunitate Eccles. ubi exactum non restituitur Ecclesie, sed pauperibus, quia solvitur ut ibi in glossa in verb. Pauperibus.

Quæro de notabili & quotidiana questione facti, videlicet Episcopos Educen. accessit ad Monasterium S. Martini in sua Diocesi sicut mandans Abbati & Conventui, ut parent ibi ad ipsum recipiendum, & procurandum, quia intendebat eam visitare, Abbas opposuit exemptionem à jurisdictione Episcopi, & appellavit ad Sedem Apostolicam si quomodo in hoc gravaretur, obtulitque se probaturum exemptionem suam coram ipso Episcopo, vel si ei magis placeret coram Papa. Sed Episcopus his non obstantibus excommunicavit Abbatem, & interdixit Conventum. Deinde Abbas egit coram Papa de injusta excommunicatione, vel potius nulla, petente se ad cautelam absolvi. Dubitatur an contradictione, & appellatione Abbatis non obstante, possit Episcopus visitare, procuracionem exigere; anve sententia excommunicationis & interdicti, ut præfatur, lata ab Episcopo sit valida, necne, & quatenus sit nulla an Episcopus sit ponendus.

Proposuit hanc questionem Innocentius prout continet in Curia suo tempore in c. Venerabili infra eod. in sua pl. nich minus celebri, quam obscura & involuta, quam hic ressumit ut Hostiens. & sequuntur ibi Joan. Andr. & Anchar. Sed melius quam ceteri illam distinguit ibidem Ant. de Butr. in novem casus à n. 8. usque in fin. quos in compendium illic redigit, licet minus perfectè, Joan. de Ann. n. 3. vers. Innocentius ponit hic magnam elegantiam. Sed Abbas ibid. n. 2. vers. ultim. sciat. Et post eum Marianus Socin. in tract. de visitat. lib. 3. q. 14. n. 16. vers. Sed juxta materiam, tribus tantum casibus materiam perscringunt, quibus & ipse adhæret, adjectis nonnullis declarationibus; licet materia videatur hodie expedita in c. Cum persona de privill. lib. 6.

Pro solutione igitur questionis propositæ distinguo tres casus. Aut Episcopus erat in quasi possessione visitandi, & de hoc constabat. Aut non erat in hujusmodi quasi possessione, & de hoc similiter constabat. Aut erat dubium an esset in quasi possessione, necne.

In primo casu concludit Innocentius Episcopum visitare posse, & exigere procuracionem, quantumcumque contradicatur, & appellet Abbas, quod si pertinaciter tenuerit, sicut possit Episcopus tueri possessionem suam armis materialibus; ut notatur in c. 1. infra de immunitate Ecclesiarum, ita & multo fortius illam tueri poterit armis spiritualibus, ut cap. Cum ex officio supra de præscriptio. cap. Cum nuper infra eod. & cap. Dilecto §. Et quidem de sent. excomm. lib. 6. ubi hoc est expressum, scilicet excommunicacione que est mucro Episcopi, c. Visi 16. q. 2. c. Corripitur 24. q. 3. Concil. Trid. cap. 3. in princ. sess. 25. de reform. & valebit excommunicacio.

Ratio est, quia cum Episcopus sit in quasi possessione non tenetur in præjudicium sui juris appellationem admittere, nec probationem exemptionis recipere; nam de causa sine mente, nec ut iudex, nec ut arbiter possit cognoscere, & secundum Innoc. Ideoque hoc casu non proceditur iudex, sed

32 ut pars pro sui juris conservacione; ac proinde probationis oblatio non justificat appellationem, ut habetur in c. Interposita supra de appellat. ut in cap. Cum inter Canonicos de elect. Neque enim per negationem, vel prohibitionem, aut appellationem alterius tenetur quis præsumere quia iure suo utatur, ut c. 1. supra ut lit. pendente. c. Significavit de appellacionibus, c. Consultationibus de iure patronat. leg. Si fundum Cod. de rei vendicat. & notatur in cap. Dilecti, coram Papa, vel Metropolitanis provocare in libertatem, nihilominus lite pendente adhuc liceret eidem Episcopo pægere in sua possessione, & rebelles excommunicacione percelleret, dummodo ipsa possideret, d. cap. 1. ut lite pendente. Et per hoc patet responsio ad Jura, que dicunt sententiam excommunicacionis ferendam non esse sine cause cognitione, & monitione, ut cap. Nemo 2. questione primò, cap. Sacro infra de sentent. excomm. & capite primo, eodem titulo, libro sexto; quoniam vendicant sibi locum, quando Episcopus procedit ut iudex, non autem quando procedit ut pars, & tanquam ille qui iure suo utitur, ut hoc casu, tunc enim etiam sine cause cognitione & monitione tenet excommunicacio, ut c. Si Sacerdos supra de Offic. Ordin. c. Romana, §. Caveat infra de sent. excomm. & c. Quisdam 5. q. 1. nam & secundum Jura Civilia licet unicuique jus sibi dicere in his casibus & in quibusdam aliis qui notantur, eod. quando licet ius sibi dicere se per Host. in summa de re judicata sub rubr. de sent. excomm. §. Quis debet sub h. Juris Ordinarius, vers. Fallit. Quo fit ut secundum

35 Innocentium prudenter agat Episcopus, si tanquam Pars ad Juris ordinem servandum, præterea hoc pacto se reum confititur & conservat & adversarium actorem facit quem oportet conquiri de injusta excommunicacione nulla, ut c. Cum contingat de Offic. Legat. & c. ad referendum de Off. Ordin. & ita in dubio absolvatur Episcopus, ut legitur & notatur in c. fin. supra de re judicata in c. Ex litteris de probat. & in c. 1. supra Ut Ecclesieastica beneficia. Accedit quod cum Abbas dixerit se velle visitationem recipere, non est necessaria monitio, quia ex hoc probatur illius contumacia manifesta, non enim in omnino certis, incertis opus est consensum, lege Continuum, ff. de verb. oblig. & lege Continuum, ff. de re judicata secundum Hostiensem ad quod faciunt optimè Jura in c. potuit de luto & in c. ab eo de appellat. 1. 6. & in cap. Venerabilibus §. secus de sententia excomm. eod. libro. In secundo casu id est cum Episcopus non est in quasi possessione visitandi; & de hoc constat, licet Innocentius hoc membrum non profatur in d. c. Venerabili infra eodem. Sed attingat in c. ex parte, ut primo de verb. signif. secundum Doctores spectatur tempus appellationis & illius exitus. Et quidem si constat Abbatem esse exemptum, non valet sententia ex his que leguntur & notatur in cap. Cum dilectus de Privill. domb. non tamen Episcopus est puniendus de injusta vel nulla excommunicacione, arg. c. ex litteris supra de Offic. Deleg. potuit enim duci probabiliter error propter Juris communis assilientiam, nisi appareat de illius malitia vel crassa ignorantia secundum Innoc. In tertio casu, id est cum dubitatur an Episcopus sit in quasi possessione nec ne, similiter concludunt Doctores validitatem sententia pendere à futuro evento, nam si apparebit Episcopus non fuisse in quasi possessione visitandi tempore excommunicacionis & Abbatem esse exemptum, non tenet sententia. Interè tamen statuitur sententia Episcopi quousque contrarium fuerit probatum, ita in effectu in tribus casibus supra scriptis concludit Innoc. in sua prolixâ glossa quam posuit in d. c. Venerabili infra eodem. eum quo transeunt hic Joannes Andreas, Butrius, Cardin. Ancharanus, Abbas, Joannes de Ann. & Marian. Soc. loc. cit.

36 Extenditur primò, supra dicta distinctio ut locum habeat etiam Monasterium quod Episcopus intendit visitare, sicut sit in aliena Diocesi, quia si in veritate sit in quasi possessione visitationis idque probaverit coram Superiore, rata manebit excommunicacionis sententia, sed si hoc non probaverit & præsumptio erit contra ipsum quod male sententiam tulit, hoc autem non contingit si Monasterium existat in sua Diocesi, quia tunc præsumptio fiat pro Episcopo, secundum Innoc. ubi supra n. 4. in fine, vers. Item dicendum videtur. Butr. n. 10. col. 4. vers. Odavus casus. Abbas n. 2. vers. Secundo casu & Mar. Soc. d. q. 14. n. 16. vers. Secundo verb. casu.

37 Extenditur secundò, prædicta distinctio ut procedat non solum in visitatione & procuracione, sed etiam in aliis iuribus Episcopo competentibus in secundum Innoc. in prædicta Decretali Venerabili n. 5. col. ult. vers. Sed alii dicunt & fortè melius, nam si subdatur qui allegat exemptionem, in continentem ostendat privilegium suum vel aliam legitimam exemptionem probat, potest Episcopus inspicere non quidem ut iudicet, quia in causa sue mensa iudex esse non debet, c. 14. q. 4. c. Foras §. In omni, infra de verb. signif. & c. Ne qui in sua causa sui sibi dicat in rubr. & nigr. atque ita non est jus in exhibendo vel non exhibendo probationes, cum nec tenetur subditi illas exhibere nec Episcopus recipere ut prædixi, sed tantum poterit Episcopus tanquam privatus videre ut se instruat. Et ita procedit textus in c. Cum persona de privill. lib. 6. nam in casu illius Decretalis Episcopus procedit ad inspectionem privilegii non ut iudex, licet glossa hic aliter sentiat secundum Abbatem in d. c. Venerabili n. 3. in fine & Marian. Socin. de visitat. lib. 3. q. 14. n. 16. in fine. Ex quavis Episcopus alius possit esse iudex in causa sue Ecclesie, tamen secus est si commodum veniat sibi applicandum ex his que notantur in lego de iure, ff. ad Municipal. & in clem. Si una de rebus Ecclesie non alien. ut per Abb. ubi infra in fin.

38 Extenditur tertiò, eisdem distinctio ut locum sibi vendicat etiam in conservacione corporalis possessionis secundum Innoc. loco proximo citato. Quandoquidem quod Episcopus iure possidet, dimittere non tenetur quandoquidem & qualitercumque alius contradicat & de iure suo probationes offerat, veluti si fundum aliquem possideat velique fructus colligere & alius se opponat dicens. Domine! Ne colligas fructus, quia meus est fundus & ego possideo idque coram vobis me offero probaturum, utique ob talem contradictionem Episcopus possessionem non dimitter, sed poterit nihilominus fructus colligere & excommunicare opponentem, si ipsium in possessione sua perturbet vel inquietet. Secus autem esset si non possideret Episcopus, licet fundi proprietatis ad Episcopum pertineret, tunc enim liceret possessori contradicere & appellare, imò & cum armis resistere Episcopo violento. Et aliter ratio in utroque, quia possessor non est de possessione sua violentè deiciendus, sed tam tueri potest & vim vi repellere, ut in lege fin. eod. de rei vendit. c. cum olim, §. Sed & sua supra de rebus, sicut. Nec refert quod de proprietate liqueat quia nihilominus eam per vim recuperare non licet, lege si quis in tantum, eod. undè vi, lege extat, ff. quod metus causa, c. placuit, 16. q. 6. Nec res possessa ab alio, & quantvis iniuste, est per violentiam occupanda, alioquin etiam prædicto est restituendus, c. in litteris de rebus, sicut.

39 Temperat tamen distinctioem superius firmatam cum suis extensionibus. Host. hic n. 8. col. ult. vers. Quoniam autem omnia prædicta ubi posteaquam retulit glossam integram Innoc. dicit eam non esse ulqueque admittendam. Tum quia Episcopus potest esse iudex etiam in causa Episcopalis mentis de contentu adversarii, alio procuratore constituto ab Episcopo ad causam prosequendam & defendendam, ut legitur & notatur in c. fin. supra de juram. calum. Imò satis est ut non reculetur, ut notat idem Host. in summa de appellat. sub rubr. de rebus §. 1. vers. Item est & §. fin. vers. Pato & seq. hoc autem casu ille Abbas non recusavit Episcopum, qui potius consensit petenteque ut de exemptione cognosceret, ut patet ex themate questionis. Tum quia non est iuri consensum ut Episcopus petat aliquid tanquam pars & excommunicet renuentem, quandoquidem aut excommunicat ut pars & tanquam privatus & non tenet sententia, qui ut privatus excommunicare non potest, nec enim jus fulminandi censuras competit non Prelato, c. Nova infra de jurat. & remis. & c. Quasi supra de his que fiunt à major. par. cap. aut excommunicat tanquam iudex & sententia similiter est nulla, cum cause cognitio & monitio non præcelleret, ut patet ex iuribus supra citatis n. 34. concludit ergo Host. posse Episcopum petere in iis que notoria sunt & tanquam Episcopum excommunicare, quod innuit etiam Innoc. quia tunc non excommunicat ut iudex, sed ut executor, de quo in d. c. ex parte de verb. signif. secus autem est in iis que non sunt notoria, ita Host. qui tandem remittit ad ea que notavit in d. c. fin. de juram. calum. & in c. Insuper de rebus, in verbo Instituat & illius verba ad calamum transferunt & probare videntur in d. c. Venerabili infra eodem, Joannes Andreas n. 11. vers. Quoniam autem & Butr. in fine; & ad practica vide Lapum alleg. 73. que incipit, Prelatus Regularis, Joannes Andreas, Gemin. & Francus in c. Dilecto de sent. excomm. lib. 6. & Cov. in c. alma mater §. par. §. 9. n. 6. eod. tit. & lib.

exclusis quibusvis Canonice, sensu S. Congregatio Correlli in causa Segantina, cum procedentibus Canonice ut Episcopus volens sibi aliquos adjunctos assumere de ipso Capitulo, monere teneretur. Respondit, imò Episcopum posse ex Concilio sess. 6. cap. 4. in actu visitationis assumere sibi quos velit adjunctos etiam extra gremium Capituli. Idemque videtur tenetur assumere adjunctos de Concilio de adjunctis non habere locum nisi in Capitulis exemptis. Si enim semper teneretur assumere adjunctos de Capitulo, frustra fieret distinctio inter exempta, & non exempta. Nec dicitur illud decretum intelligi extra visitationem. Quia Concilium dist. c. 6. sess. 25. illud quod statutum fuerat d. cap. 4. sess. 6. in visitatione, amplius extra visitationem cum illa modificatione: & his adde quod dixi in c. Ut juxta n. 37. & seq. de offic. Ordin. ubi habes propositi dubii resolutionem à Gregorio XIII. approbatam, rejecta Rotz interpretatione.



# DE CENSIBUS.

Idem Innocentius III. in Concilio Generali.

## CAPUT XXXIII.

**P**rocuraciones, quæ ratione visitationis debentur Episcopis, vel Archidiaconis, vel quibuslibet aliis etiam Apostolicæ sedis legatis, aut nuntiis absque manifesta & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando personaliter officium visitationis impendunt, & tunc evectioem, & personarum mediocritatem observent, in Lateranen. Concilio definitam, hoc adhibito moderamine circa legatos & nuntios Apostolicæ sedis, ut cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessariam, (ne locus ille propter illos nimium aggravetur) procuraciones recipiant moderatas ab aliis Ecclesiis, vel personis quæ nondum fuerant de suis procuracionibus aggravatæ, ita quòd numerus procuracionum numerum dierum, quibus hujusmodi moram fecerint, non excedat, & cum aliqua non suffecerit per seipsam, duæ vel plures conjungantur in unam. Porro visitationis officium exercentes, non querant quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi; prædicationi, & cohortationi, correctioni & reformationi vacando, ut fructum referant, qui non perit. Qui autem contra hoc venire tentaverit, & quod accepit, reddat; & Ecclesiæ quam taliter aggravavit, tantumdem impendat.

## SUMMARIUM.

- 1 Procurandi sunt Prelati cum personaliter visitant, secus si per alium, & n. 6.
- 2 Legati & Nuntii Papæ pro his diebus tantum, quibus moram trahunt, procurari debent.
- 3 Procuratio ratione visitationis debetur etiam Archidiaconi, & aliis inferioribus Prelatis.
- 4 Declaratur.
- 5 Legati & Nuntii Apostolici habent jus visitandi, & exigendi procuracionem, ratione visitationis debitam.
- 6 Procuracionis non debet recipere beneficium, qui non facit visitationis officium.
- 7 Visitacionem non licet Episcopis alteri demandare, nisi fuerint legitime impediti.
- 8 Archidiaconi, Decani, & alii inferiores visitare debent per seipso assumpto Notario de consensu Episcopi.
- 9 Nec hodie possunt visitare per alios etiam in casu legitimi impedimenti.
- 10 Archidiaconi per alium visitare volenti prohibere potest Episcopus non obstantes quod ab immemorabili per alium visitaverit.
- 11 Capitula exempta Cathedralium & Collegiarum Ecclesiarum nequeunt ab Episcopis visitari, nisi per se ipsos.
- 12 Procuratio non debetur Episcopo cum per alium visitat, sed

- 13 ipsi visitanti.
- 14 Procuracionem non possit Episcopus per alium visitans recipere a volente.
- 15 Indultum recipiendi procuracionem denegatur Episcopo, qui morbo corruptus inchoatam visitacionem per alium absolvoere intendebat.
- 16 Visitatores contenti esse debent modesto equitatu, famulatuque.
- 17 Nec viclura, aut ferratura equorum eis debentur, sed tantummodo viclus pro equis.
- 18 Nec si equi moriantur possunt alios emere, aut expensas itineris recuperare.
- 19 Procuracionum numerus commensurandus est numero dierum, in quibus manus visitationis impenditur.
- 20 Procuratio si ab una Ecclesia integrè solus non possit, an liceat Episcopo plures Ecclesias conjungere ad unam procuracionem solvendam, & n. seq.
- 21 Procuratio ab Ecclesiis pauperibus non est recipienda, etiam si gratis offeratur.
- 22 Visitacionum omnium scopus quis sit.
- 23 Procuracionem indebitè exigentes tenentur duplum restituere infra mensem Ecclesiæ gravatæ, & n. seq.
- 24 Intellectus, c. Quoniam 18. dist. & n. seq.

## De Censibus, & Procuraciones.

- 24 Munera etiam sponte oblata in visitatione recipienti moderationem incurant, à qua non liberantur, nisi duplum restituant.
- 25 Concussionis crimen puniuntur in quadratum.
- 26 Archiepiscopus, qui aliquod officium ex bonis Episcopi accendit ad provinciale Concilium, tantum quadrupli est puniendus.
- 27 Excommunicatio lata ab Episcopo in Abbatem, qui cum visitare volentem renuit recipere, & procurare, appellacionemque interposuit, an valeat, & n. seq. usque in finem.
- 28 Quid si Episcopus sit in quasi possessione visitandi. Et quid si non sit in eodem modo quasi possessione, n. 37. Et quid si de quasi possessione sit dubium, n. 38. Et quid si Monasterium sit in aliena Diocesi, num. 39. Et quid si non agatur de visitatione, sed de aliis juribus Episcopo competentibus, num. 40. Vel de consecratione temporalium possessionis, n. 44. Et an hoc procedat in his tantum que notoria sunt, numer. 47.
- 29 Episcopus tueri potest possessionem suam armis materialibus & spiritualibus, & n. 44.
- 30 Excommunicatio est nullo Episcopi.
- 31 Possessor non tenetur in præjudicium sui juris appellacionem admittere, aut procuraciones exemptionis recipere.
- 32 Episcopus excommunicatus rebelles pro consecratione sua possessionis non procedit ut Index, sed ut pars, & n.

- 33 mer. 40.
- 34 Declaratur, num. 49.
- 35 Possessionem quam potest Episcopus excommunicatione tueri etiam licet pendente coram Papa, vel Metropolitanis.
- 36 Excommunicatio lata ab Episcopo in rebelles pro consecratione sua possessionis tenet, etiam si causa cognita & merito non processerit. Declaratur, n. 49.
- 37 Episcopus prudenter agit si tanquam pars, & non tanquam Index procedat pro suo jure tuendo.
- 38 Motivum non requiritur ubi apparet de contumacia mania fessa.
- 39 Episcopus, qui excommunicatum exemptum rennentem visitari non est puniendus, nisi appareat de illius malicia, vel crassa ignorantia.
- 40 Episcopus in causa Ecclesiæ suæ Index esse non debet, si commodum veniat sibi applicandam, & n. 43. Fallit consentiente adversario, & alio procuratore constituto ab Episcopo ad causam defendendam, n. 47. Imò satis est ut non recusetur, n. 48.
- 41 Intellectus, c. Cum pertinet, de privileg. lib. 6.
- 42 Possessionem suam Episcopus dimittere non tenetur, quatinus tuncque subditus contradicat, & de jure suo probaciones offerat.
- 43 Possessor potest etiam armis resistere Episcopo violento.
- 44 Quamvis de proprietate loquatur.
- 45 Excommunicandi jus non competit non prelati.

**P**rocuraciones. Prelati tunc sunt procurandi cum personaliter visitant; & debent tunc Concilium Lateranense servare, & prædicationi, correctioni, & reformationi vacare. Legati & Nuntii Papæ pro his diebus tantum; quibus moram trahunt, procurari debent. Contra hanc Constitutionem exactum Ecclesiæ gravata restituitur duplicatum. Hoc dicit. Et sunt tres partes. Prima prohibet. Secunda docet ibi, Parò. Tertia punit, ibi, qui autem.

Nota primò, ibi, Archidiaconi, vel quibuslibet aliis. Procuracionem ratione visitationis debent non tantum Episcopi, & Superioribus visitantibus; sed etiam Archidiaconi, & alii inferioribus Prelatis. Quod intelligi secundum Abb. n. 2. dummodo habeant Ecclesiis sibi subjectas ex privilegio, vel alio jure speciali, ad hoc c. Mandamus, junctis gloss. i. supra de offic. Archid. & Conc. Trident. c. 3. vers. Archidiaconi sess. 24. Nam de jure communis Ecclesiæ tali Episcopo sunt subiectæ, c. Omnis Basilica 16. q. 7. c. Regenda 10. q. 1. & c. Venerabilis, jura Relig. domo. de Archiepiscopis autem visitantibus Provinciam, & de Visitatoribus à Capitulo deputatis vide quod dicitur à Conc. in d. c. 3. vers. A Metropolitanis, & vers. Visitatores autem.

Secundò nota, Sedi Apoll. Legatos & Nuntios habere jus visitandi, & procuracionem exigendi ratione visitationis debitam, ut hic in prin. & in c. 2. de offic. legat. l. 6.

Tertio nota ibi, Nisi quando personaliter. Prelatis per alium visitantibus procuracionem non debet, sed tantummodo cum visitant per seipso, ut hic est casus secundum omnes: nam, ut inquit Holt. in prin. Qui non facit visitationis officium, non debet recipere procuraciones beneficium, argum. c. Diversi fallacii, supra de Clericis conjugatis, c. Cum secundum de præben. c. Si quis amodo 81. dist. c. Generaliter 16. q. 1. & c. fin. de rescript. lib. 6. concordat textus in c. Felix infra eod. lib. 6. & in cap. Si Episcopus de offic. Ordin. eodem lib. ibi, (Episcopus cum personaliter non visitat, nihil prorsus ab his qui per illum quem deputat, fuerint visitati, exigere poterit, aut debet,) & textus in Extravag. Vas electionis, de censibus, supponit id Episcopis licere tantummodo ex privilegio Papæ in illis verbis, Si verò prefati Archiepiscopi, Prelati, & alie persone Ecclesiasticæ ex privilegio Apollitico per alios visitare, & procuraciones recipere valeant.) Unde & Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum aliis censuit concordiam autoritate Apollitica sub Paulo IV. san. mem. inter Episcopum & Clerum confirmatam, ut Episcopo per se visitanti centum viginti quinque scuta; per alium verò nonaginta sex persolverentur à Clero, omnino ab Episcopo servandam, nec quidem amplius pro procuracione, quam pecuniam taxatam exigendum. Hæc sunt verba declarationis. Sed sine privilegio nihil possunt recipere, alias contra facientes puniuntur, ut ait glossa in præallegata Extravag. in verb. Ex irrevogato.

Quarto nota ibi, absque manifesta & necessaria causa. Prelatis tenent personaliter visitare, nec posse id munus alteri committere, nisi ex evidenti & necessaria causa, ita enim intelligitur ista littera secundum Collect. n. 2. & quidem intelligitur ista littera secundum Collect. n. 2. in verb. Officium. Et quamvis Joan. Andr. in d. c. Felix, circa medium verb. Hodie, videatur tenere Episcopum visitantem per alium posse recipere pecuniam à volente, sicut personaliter visitat, quia est eadem ratio, tamen illa littera contradicit secundum Archid. eod. 1. Qui ponderando verbum Personaliter, per hoc inquit, demonstratur, quòd quando

Episcopum 10. q. 1. ibi, (Quòd si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id implere nequeat; Presbiteros probabiles, aut Diaconos mittat, &c.) Hodie hoc apertius est expressum à Concilio Tridentino in præcato c. 3. in prin. sess. 24. ubi (Patriarchæ, Primates, Metropolitanis, & Episcopi jubentur propriam Diocesis visitare per se ipsos, aut si legitime impediti fuerint, per suum Generalem Vicarium, aut Visitatorem, quòd si quatuordecim totam propter ejus latitudinem visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem, ita tamen, ut tota biennio per se, vel Visitatores suos compleverit, visitare non pretermittant. Archidiaconi autem, Decani, & alii inferiores in ut Ecclesiis, ubi hæc sunt visitationem legitime exerceo confueverunt, debeant quidem assumpto Notario de consensu Episcopi per se ipsos tantum ibidem visitare.) Hæc ibi. Unde quòd statuitur in hac Decretali à contrario sensu, ut ex manifesta & necessaria causa liceat per alium visitare; approbatur à Concilio quoad Episcopos, & illis Superiores, quòd verò ad Archidiaconos, & alios inferiores corrigitur, quia illis absolute visitare non licet, nisi per se ipsos, etiam in casu legitimi impedimenti, ut clare ostendit adversaria illa, Archidiaconi autem, necnon taxativa, per se ipsos tantum. Quòd est valde notabile & potest esse ratio diversitatis, quia Diocesis remaneret sine visitatione si Episcopos impeditus non posset per alium visitare. At loca inferiori subiecta si exempta sunt poterunt nihilominus autoritate Apollitica visitari ab Episcopo Diocesano ex cap. 8. sess. 7. si verò nullius Diocesis ab Episcopo vicinior similitur tantquam Sedi Apoll. Delegato ex cap. 9. sess. 24. Quare Archidiacono suam Archidiaconatum per alium visitare volenti ex S. Congreg. sententia prohibere poterit Episcopus, non obstante, quòd ex immemorabili consuetudine ipse & sui Prædecessores per alium visitaverint.

Adverte tamen quia etsi propriam Diocesis Episcopi possint visitare per alium si legitime sint impediti, ut dictum est, tamen Capitula Cathedralium & Collegiarum Ecclesiarum quæ exemptione vel alio speciali jure se tunc ad verius Episcopi jurisdictionem, visitare non possunt nisi per seipso ad præscriptum cap. 4. sess. 6. & cap. 6. in prin. sess. 25. Unde cum Episcopus Paleatin. dubitaret an posset visitare Collegiatam exemptam in sua Diocesi existentem & an per suum Generalem Vicarium Sac. Congreg. Concilii censuit posse visitare, ex cap. 3. sess. 24. & quidem per suum Generalem Vicarium vel visitatorem si legitime fuerit impeditus, nisi quatenus exempta esset, quo casu per seipsum visitare teneretur, juxta cap. 4. sess. 6.

Rursum adverte, quia cum Episcopus legitime impeditus propriam Diocesis per alium visitat procuratio illi non debetur, sed visitanti, ut notat glossa in cap. Felix in verb. Officio infra eod. lib. 6. ubi ait, (Prelatus tunc tantum per suis vicariis à visitatis pecuniam recipere cum personaliter visitant, cum autem per alios non ipsi, sed illi vicariis vel pecuniam pro eis recipiant.) Idem notatur in d. 1. c. Inter cetera de offic. Ordin. & tenet hic Holtens. n. 2. in verb. Officium. Et quamvis Joan. Andr. in d. c. Felix, circa medium verb. Hodie, videatur tenere Episcopum visitantem per alium posse recipere pecuniam à volente, sicut personaliter visitat, quia est eadem ratio, tamen illa littera contradicit secundum Archid. eod. 1. Qui ponderando verbum Personaliter, per hoc inquit, demonstratur, quòd quando

tur debitor in futurum solvere de pecunia primæ speciei. Nam hic solvisset denarios Lucenses pro Papiensibus spatio quadraginta annorum, non cogere postea solvere Papienses, quod est mirabile secundum Innoc. hic in fine, ut solutio ejusdem rei pro utroque prescriptione inducat, scilicet pro Episcopo ne cogatur recipere Papienses & pro plebe ne cogatur eos solvere, sed Lucenses, ut sic eadem prescriptio obligationem inducat in una specie & liberationem in alia, de quo hic plenius per Anchar. in 2. off. n. 8.

16 Verum Holt hic n. 4. in verbo & a tempore, tenuit hoc casu non incurere prescriptionem, quia sicut census prescribi non potest, lege Male agitur & lege Competit, cod. de prescript. 30. annorum, ita nec illius diminutio saltem eo qui malam fidem habet, prout hic secundum eum, arg. c. Constitutus se potest in c. fin. de prescript. & cum Holt concordat Archid. in c. Relata in glossa Adde dicas quod in tali no. q. 1. & Signorolus conf. 74. per tot. maximè num. 12. & seq.

17 Sed communitè tenetur oppositum, ut ex dictis constat & testatur Abbas hic n. 6. nec obstat motum quoddam census prescribi non possit, quia verum est in totam, sed secus in parte exemplo decimarum, ut hic bene per Henricum Boich. numero secundo.

18 Vel certè secundum eundem Henricum d. n. 2. concilia opinionem hac distinctione, videlicet aut illi Clerici solvunt denarios Lucenses nomine de loco Papiensium; & nunquam prescribere possunt, cum habeant malam fidem; & ita potest intelligi vera opinio Holt. aut solvunt eos tantum pro Lucensibus non credentes se illos debere; & hoc casu poterunt prescribere, cum bonam fidem habeant; & ita potest intelligi opinio glossæ & sequacium; & adde Gabrielem, communi conclusione, libro tertio de solut. conclusione primâ, n. 28.

19 Procedit autem hæc prescriptio, licet creditor recipiendo census in alia moneta jus suum semper proteclatus fuerit, nam prescriptio currit & completur, non obstante tali protestatione, ut probat hic textus, hic jus tuum fueris proteclatus, juncto vericulo non nisi triginta sex annorum, innotuit per hoc ut si prescriptio fuisset completa, hujusmodi protestatio minime profuisset; & ita ex hac littera deducit glossa prima & tertia. Innoc. in verbo proteclatus, Abb. Antiq. n. 1. in eodem verbo. Holt. n. 2. reddentes rationem, quia protestatio non interrumpit prescriptionem nisi in casibus, c. Pastoralis in fine, supra de Offic. Ordin. & lege Ut perfectus, cod. de Annal. except. quæ est canonizata in §. penultimo, veri. Is autem cui res prescribitur 16. q. 3.

20 Ceterum quod dictum est de prescriptioe 40. annorum intelligas verum in Ecclesia juxta terminos hujus decretalis. At in privato sufficit prescriptio minoris temporis & sic ut per triginta annos semper facta fuerit solutio ad rationem monetæ currentis tempore solutionis; ita gloss. in c. Conquerente in verb. Solidos, supra de offic. Ordin. Holt. in sum-

ma de decimis, §. Ex quibus, col. 1. vers. Quod si moneta, & alii plures apud Gabrielem, d. conclus. 1. num. 25.

In secundo casu principali, id est cum valor antiquæ monetæ alteratur extrinsece, statuenda est conclusio primæ opposita videlicet solutionem esse faciendam habito respectu ad valorem monetæ, secundum tempus solutionis gloss. in cap. Quis ignorat in verb. Nostro 22. qu. 4. Doctores in cap. Quanto supra de jurejur. & est communis opinio ut attestatur Franc. Aretin. conf. 11. numer. 1. Marian. So cin. conf. 101. num. 1. & n. 12. vol. 3. Boër. decis. 327. num. 4. vers. Ista est communis, Covarr. de collat. veter. num. 10. c. 7. §. unie. concl. 8. sub num. 5. quam etiam sequitur Bacc. in l. Paulus la prima in fin. ff. de solut. Bald. conf. 213. quæstus quæstus num. 1. vol. 5. & alii plures congesti ab Anton. Gabrieli. comm. conclus. lib. 3. de solut. concl. 2. n. 1. eamque secuta est Rota in causa Bononien. de Palisotis die 1. Julii 1605. coram Manzano et in recent. decis. 146. per totam maximè numer. 5. part. 2. ubi etiam num. 8. pro hac communi conclusione inducit textum in d. l. Cum quid, ff. Si certum setatur & num. 6. Rationem assignat, tum quia hoc casu bonitas monetæ intrinseca non mutatur, sed tantum bonitas extrinseca, id est valor. In estimatione autem valoris inspicitur tempus solutionis d. l. Cum quid & l. Vinum, ff. Si certum setatur & d. l. Paulus, ff. de solut. & hoc pro regula tradit Franc. Aret. d. conf. 11. num. 3. quem sequitur Boër. ubi supra. Ad idem est conf. Bald. 269. Super eo circa fin. vol. 2. & Gemin. conf. 137. Quia aliis num. 1. Tum quia quando valor monetæ antiquæ fuit diminutus, satis est solvere ipsam monetam antiquam, licet id redunder in diminum creditoris, ut fatentur omnes in d. l. Cum quid, ff. Si cert. setat. ubi in specie Soccin. conclus. 3. & Hieron. Gabrieli. conf. 164. Cruetas supra qua num. 4. vol. 1. Sicut igitur diminutio cedit in commodum creditoris, ita & augmentum cedere debet in ipsius commodum. Ad regulam. Quia jure commodum, de regul. jur. lib. 6. & l. Secundum naturam, ff. cod. de tradunt Boër. ubi supra num. 3. vers. Quia sicut diminutio & Franc. Aret. conf. 84. in princ. & Covarr. qui communitè dicit, de collat. veter. num. 10. cap. 7. §. unie. concl. 4. sub num. 3.

Fa lit hæc secunda conclusio, quando moneta ab initio fuit taxata, puta aureum, ad eam rationem ut 75. constituant liberam, tunc enim attenditur valor taxatus, Bald. conf. 499. Quæstio ista num. 1. vers. Sed hoc non obstat l. b. 1. & conf. ult. quod est 500. per tot. eodem. lib. qui hoc sublimitat nisi prescripta sit solutio in alia moneta. Ratio limitationis est, quia estimatio facit venditionem, l. Plerumque, §. Si ante eum seqq. ff. de jure dot. l. Si afirmatis & l. Quæstus, Cod. eodem & ideo debet reddi illa moneta & non major vel minor, Bald. conf. 339. Pausis quæstus talis est, vol. 2. Boër. conf. 327. num. 10.



# DE CENSIBUS.

Idem Innocentius III. Priori S. Stephani.

## CAPUT XXI.

**C**um venerabilis frater noster Faven. Episcopus: & infra. Cognovimus, quod præfatus Episcopus spallas quas ab eadem Ecclesia tam ipse, quam prædecessores sui recipere consueverant, Ecclesiæ præfatæ remisit, & statuit, quod aliud ei servitium non imponeret, sibi & Ecclesiæ suæ annuatim trium librarum cereo pensionis nomine reservaret. Quia ergo visitationi annexa est procuratio, & Episcopus ratione Episcopalis jurisdictionis, quam habet in ea, teneatur causâ correctionis Ecclesiam visitare præfatam, nec intelligatur quasi novum imponi quod ab ipsâ fundatione de communi fuerat Jure impositum: Decernimus, quod idem Episcopus, cum ad ipsam Ecclesiam causa correctionis accesserit, moderatam ab ea procurationem recipiat bis in anno; sed nihil aliud præter pensionem, & procuraciones præscriptas ab eadem Ecclesia exigere vel extorquere præsumat.

## SUMMARIUM.

- 1 Episcopus remittens Ecclesiæ servitia, quæ sibi debebat pro annua pensione, & statuens, ut aliud servitium non imponatur, procurationem non intelligitur remississe.
- 2 Procuratio est visitationi annexa.
- 3 Visitatio ab Episcopo semel tantum in anno est faciendâ nisi utilitas, vel necessitas aliud præsumat.
- 4 Episcopus in visitatione suæ Cathedralis an teneatur sibi adjungere aliquos ejusdem Ecclesiæ Canonicos.
- 5 Solus dictio est exclusivus aliorum.
- 6 Includit tamen connexa.
- 7 Solus Episcopus intelligitur cum Capitulo, ubi materia inter Episcopum & Capitulum est simultanea, ibidem.
- 8 Precedentia magis influunt in sequentia, quàm è converso.
- 9 Episcopus in visitatione Capitali suæ Cathedralis potest assumere sibi quos velit adjunctos, etiam extra gremium Capitali.

**C**um venerabilis Episcopus remittens Ecclesiæ servitia, quæ sibi debebant pro annua pensione, & statuens ut aliud servitium non imponatur, procurationem non intelligitur remississe. Hoc dicit secundum Joannem Andream & omnes.

In textu ibi, his in anno. Nota Episcopum posse bis in anno procurationem recipere; & sic posse Ecclesiæ sibi subjectas correctionis causâ non semel tantum, sed bis in anno visitare; nam si potest in anno exigere duas procuraciones, ergo & duas visitaciones facere, cum visitationi annexa sit procuratio, ut dicitur in littera. Sed obstat text. in c. Mandamus, supra de offic. Archid. ubi prohibetur visitatio pluries in anno, nisi forte talis causa emerferit, propter quam oporteat sæpius visitare. Nam semel tantum in anno, & non pluries est visitandum, nisi nova causa emerferit, ut ibi & in capite Decernimus, ibi, & annuis vicibus Dioceses ab Episcopo visitentur, 10. qu. 1. & in cap. Episcopum, ibi, per cunctas Dioceses, Parochiasque suas per singulos annos ire oportet; ead. caus. & quæst. & in c. Conquerente, supra de offic. Ordinarii, ubi inter Jura Episcopalia recentetur annua visitatio, & in Concilio Tridentino, sess. 7. c. 8. ibi, singulis annis visitare teneantur. Textum autem nostrum intelligas secundum determinationem, d. c. Mandamus, de offic. Archid. ut scilicet etiam bis in anno possit Episcopus visitare, & procurationem exigere, si utilitas, vel necessitas iteratam visitationem expostulat: & ita enim intelligas, cap. Visitandi, ibi, Quoties placuerit, & c. seq. 18. q. 2. ubi dicitur non semel, sed sæpius in anno Episcopi visitent, id est si opus fuerit, prout hæc jura conciliat gloss. hic in verbo Bis in anno. Item gloss. in d. c. Mandamus, in verb. Sæpius visitare de offic. Archid. Item gloss. in d. c. Visitandi, quæ intelligit verba illa, Quoties placuerit, id est cum utilitas, vel necessitas existit. Ex Concilio autem Tridentino Episcopus potest Capitulum suæ Cathedralis Ecclesiæ visitare toties quoties opus fuerit, ut statuitur c. 4. sess. 6. de visitatione Diocesis vide quod habetur in c. 3. sess. 24. & quod scripsi in c. Conquerente num. 34. de offic. Ordin.

Ceterum etiam superius firmatum sit, Episcopum posse per hunc textum bis in anno recipere procurationem, tamen Episcopus Fagnan. in III. Lib. Decretal.

coporum Congregatio in una Larinen. 10. Junii 1586. decrevit licere quidem Episcopo ex causâ visitare pluries in anno, sed vetuit accipere procuraciones in quibuscumque visitationibus intra annum, exceptâ primâ.

Sed hic incidenter quero, cum decreto d. c. 4. sess. 6. cautum sit, ut Capitula Cathedralium Ecclesiarum nullis privilegiis meri se possint, quominus ab Episcopo per se ipsum solum, vel illis quibus sibi videbitur adjunctis juxta Canonicas Sanctiones, toties quoties opus fuerit visitare valeant, numquid Episcopus in visitatione sui Capitali teneatur sibi adjungere aliquos ejusdem Ecclesiæ Canonicos.

Videtur respondendum non teneri; nam Constitutionibus Canonicis non cavetur, ut Episcopus in visitatione sui Capitali Ecclesiæ Cathedralis assumat secum Canonicos ejusdem Ecclesiæ, quin potius contrarium habetur in extravag. Bonifacii VIII. Debet, de offic. Ordin. inter communes Jura autem adducta per Abbatem in c. Ut juxta eod. tit. Intelligenda sunt ubi Prælati visitat alia loca à Capitulo suo, in quibus diversâ ratio est, cur Episcopus assumat Canonicos, ut per glossam in dict. Extravag. Debet, in verb. Religiosa. Et quatenus expressè id jure cautum reperitur, tamen Concilium in d. c. 4. diversis verbis indulget Episcopis ut possent per se ipsos solos visitare suarum Cathedralium Capitula, quæ dictio, solos, est exclusiva aliorum, l. His solis C. de revocand. denotationibus, cap. Ego solus 9. distinct. cum similibus, ut per Card. Seraph. decis. 820. num. 6. Quod si dicatur, Imò includit connexa, unde solus Episcopus intelligitur legitur cum Capitulo, Archid. in c. 2. de excusat. lib. 6. & ex illo Baldus in l. 1. n. 4. de honorum possessio, contra Tabul. advertendum est id procedere, ubi materia communis est, & simul à Capitulo & Episcopo explicanda; visitatio autem Capitali spectat ad Episcopum; & si in ea Capitulares adhiberentur suspecti essent, & consuetudo contraria reprobat in dict. Extravag. Debet. Præterea Concilium ulterius procedit permittendo Episcopis, ut per se ipsos solos, vel illis quibus sibi videbitur adjunctis, visitent, ergo cum dixit solos, exclusit quoscumque ipsi non elegerint. Ad hæc Concilium in cap. 6. sess. 25. specialiter providet, ut Episcopus qui extra visitationem procedere velit contra Cap-



# DE CENSIBUS.

Honorius III. de Tiro & Josaphat Abbatibus.

## CAPUT XXIV.

**V**enerabili Fratre nostro Cenomanen. Episcopo visitanti solvere procuracionem, que visitationi est annexa, & c. *Cum venerabilis* §. 1. *supra eod.* Hinc cum Episcopus Papen petisset declarari a S. Congregatione Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum, an Commendatarii separata habentes sua Jura ab Ecclesia, & Monasterio, in quo degunt regulare propriam mensam, & curam animarum habentes, teneatur contribuere solutioni vicualium pro Visitatore Apostolico: responsum est videndas facultates Visitatoris Apostolici, quia licet alius S. Congregatio censuerit posse Commendatarios visitari a Visitatore Apostolico, tutius tamen erit inspicere facultates, quia si ex facultatibus poterit visitare Commendatarios, palmam erit eorum teneatur contribuere quod a visitatis est solvendum.

## SUMMARIUM.

- 1 Procuratio debetur Episcopo ab Ecclesiis etiam Civitatis, licet ipsum nunquam procuraverint, & n. 14. & 24.
- 2 Episcopus de jure communi fundat intentionem super jure visitandi Monasteria sive Diocesis, & exigendi ab illis procuracionem.
- 3 Monasteria tam Mendicantium, quam non Mendicantium ex privilegiis Apostolicis exempta sunt a visitatione, & Jurisdictione Episcopi.
- 4 Et quid si sint commendata.
- 5 Procuratio est visitationi annexa, & num. seq. & n. 23. Fallit, num. 30.
- 6 Commendatarii tenentur procurare visitatorem Apostolicum, a quo possunt visitari.
- 7 Villa appellata que visitationi venit Civitas, & n. seq.
- 8 Villa proprie quid sit.
- 9 Procuratio de jure communi debetur Episcopo, etiam cum visitat Ecclesiam sive Civitatis.
- 10 Secus post Concilium Tridentinum, num. 14. 15. & 38.
- 11 Exempta, quae domi suae quis fecisset, non repetuntur, & n. 12.
- 12 Intellectus, c. Charitatem, 12. q. 2. & n. 13.
- 13 In visitatione vicualium non sunt Episcopo ministranda, nisi pro temporis necessitate.
- 14 Procuratio post Concilium Tridentinum non debetur Episcopo visitanti Ecclesiam Cathedralis, aut Clerum, seu loca pia Civitatis, & n. 38.
- 15 Cathedralium non est sublatum a Concilio Tridentino, tamen solvi debet in visitatione, sed extra, & in Synodi celebratione.
- 16 Canonica portio, quae ex relictis piis jure debetur Episcopo, praeservata est a Concilio Tridentino.
- 17 Conventus exigendi trigessimam ex relictis piis in visitatione testamentorum servanda est. Secus si in testamentis nullum esset relictum piis.
- 18 Episcopo accedenti ad conferendum Christum populus vel Clerus non tenetur vicualia praestare.
- 19 Procuratio ratione visitationis debita de jure communi a

- subdito non est praescriptibilis.
- 20 Secus in procuracione ratione consuetudinis, passivi, vel privilegii.
- 21 Item secus in praescriptione, quae fit nomine alterius. Item secus est post Concilium Tridentinum, n. 24.
- 22 Jus visitandi est publicum utilitate & auctoritate, & ideo imperprescriptibile.
- 23 Conventus locorum, vel Provinciarum, in quibus nihil solvitur Episcopo visitanti, post Concilium Tridentinum est observanda.
- 24 Et quid si consuetudo non sit generalis in loco, vel Provincia, sed una tantum, vel altera Ecclesia Episcopum non procuraverit, & n. seq. usque ad num. 29.
- 25 Conventus in quo differtur a visitatione Civitatis, & n. 28.
- 26 Loci appellati quid veniant.
- 27 Onera simul juncta facilius comportantur.
- 28 Conventus non solvendi procuracionem Episcopo visitanti qualiter, & eorum qui sit probanda.
- 29 Procuratio in tribus casibus hic expressis non est annexa visitationi.
- 30 Exempti a procuracione pecuniaria non videntur exempti a procuracione in vicualibus, sed tantum ab indebita extorsione.
- 31 Exemptione revocata a visitatione an censetur revocata exemptio a procuracione.
- 32 Paupertas excusat a procuracione, & n. seq.
- 33 Procuratio an debeatur Episcopo visitanti Hospitalia pauperum infirmorum, & n. seq. usque in fin.
- 34 Sportula a pauperibus non sunt exigenda.
- 35 Visitatores quomodo se debeant gerere in vicualibus accipiendis.
- 36 Hospitalium redditus universi in usum pauperum infirmorum sunt erogandi, & n. 39. & 42.
- 37 Hospitalium Ministris ex redditibus ipsorum merces est persolvenda, aliis non tenentur injungere, & n. 40.
- 41 Hospitalium Ministris quod erogatur, in usum pauperum erogari intelligitur.

**V**enerabili. Ecclesia etiam civitatis procurare tenetur Episcopum visitantem, licet ipsum nunquam procuraverit. Hoc dicit. Et est Capitulum celebre propter insignem gloriam quam hic possit Innoc. in materia valde utili & quotidiana, ut infra attingam n. 43. Dividitur in duas partes. Primum ponit querelam Episcopi. Secundo Judicium instructionem hic Discretioni vestra.

Nota primo hic frustrari intentionem Episcopi moliantur. Episcopum de jure communi fundare intentionem super jure visitandi Monasteria in sua Diocesi existentia & super jure exigendi ab illis procuracionem, concordat c. cum olim & c. Sophia supra eodem & infra c. cum super, c. de Xenodochiis & c. dilectus de Relig. demis. & hic notant Jacob. Philipp. &

Goffred. Item glossa 1. Innoc. col. 1. vers. Episcopus autem. Host. in princ. in vers. Cenomanensi Villa & Butr. in 1. notab. Abb. conf. 26. Videtur in princ. vers. Circa secundum lib. 2. ubi hoc extendit etiam ad Monasteria Monialium. Sed hodie Monasteria ferè omnia Ordinum tam Mendicantium quam non Mendicantium exempta sunt a visitatione & quaecumque jurisdictione Episcopi Diocesani, ut scripti plenè c. Tuarum infra de privil. nisi sint commendata & in eis non vigeat regularis observantia, quia tunc Monasteria ipsa & eorum Commendatarii visitari possunt ab Episcopo loci tanquam Sedis Apostolicae Delegato, dummodo sui Ordinis Capitibus non subdant, ut in Decreto Concilii Tridentini, capite octavo, sessione vigesima prima, juncto c. vigesimo, sessione vigesima quinta &

## De Censibus, c. Venerabili.

**5 Regular.** & consequenter tenentur Episcopo visitanti solvere procuracionem, que visitationi est annexa, & c. *Cum venerabilis* §. 1. *supra eod.* Hinc cum Episcopus Papen petisset declarari a S. Congregatione Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum, an Commendatarii separata habentes sua Jura ab Ecclesia, & Monasterio, in quo degunt regulare propriam mensam, & curam animarum habentes, teneatur contribuere solutioni vicualium pro Visitatore Apostolico: responsum est videndas facultates Visitatoris Apostolici, quia licet alius S. Congregatio censuerit posse Commendatarios visitari a Visitatore Apostolico, tutius tamen erit inspicere facultates, quia si ex facultatibus poterit visitare Commendatarios, palmam erit eorum teneatur contribuere quod a visitatis est solvendum.

**Interimque censetur sustulisse Cathedralium,** quod singulis annis tam in visitatione, quam extra exigi consuevit ab Ordinario: respondit Concilium nequaquam sustulisse Cathedralium; sed illud non solvendum in visitatione, sed extra, & in Synodi celebratione: Hunc articulum plenè examinavit in cap. Congruente, in prima questione supra de offic. Ordin. Quinadmodum autem Concilium eod loci non sustulit Cathedralium, ita nec Canoniceam portionem, quin potius eam praeservavit in illis verbis, praeter id quod ex relictis piis jure debetur: videlicet ex cap. Officii, & cap. Requisisti supra de testam. Unde cum extaret consuetudo in Ecclesia Tirsionen. exigendi trigessimam ex relictis piis ratione visitationis testamentorum, & fuisset dubitatum, an post Concilium esset observanda: S. Congregatio censuit esse observandam. Secus si in testamentis nullum esset relictum piis. Ceterum oris dubitatione an Episcopo accedenti ad Sacramentum Christum conferendum populus, vel Clerus teneatur subministrare vicualia: Sacra Congregatio censuit non teneri.

**7** Secundo nota ibi, *Cenomanensi villa*, appellatione ville interdum venire civitatem, secundum Hostien. in princ. in verb. In Cenomanensi villa, Butr. in 3. notab. & Cardin. **8 n. 3.** Quod tamen verum est improprie, & in latiori significatione, secundum Abb. n. 1. Nam ex proprietate vocabuli villa dicitur locus ruralis, vel unitas familiarum aliquot, seu adificiorum, que muris non cingitur, sed vallis, unde foret denominationem fumpit, ut per Abb. d. n. c. & notat gloss. in l. Titia, §. Lucius in verb. Villa ff. de legat. 2. & Butr. in Extravag. Qui sint velles, n. 3. de quo plenè per Joan. Andr. in c. Si Civitas de sentent. extor. lib. 6. Villa tamen in Francis ex communi usu loquendi, idem est quod Civitas, ut testatur Bart. Cardin. & Abb. locis citatis.

**9** Tertio nota in eodem verbo *Villa*, Episcopum habere jus exigendi procuracionem non modo cum visitat Ecclesias, & loca Diocesis, verum etiam cum visitat Ecclesias sive Civitatis, ut hic est casus, quem nescio alibi, secundum Abb. Anep. Joan. Andr. Collectar. & omnes in princ. & in specie notant Butr. n. 2. & Abbas in 1. notab. Quod est notanda dignum, quia primo intuitu contrarium videbatur decedendum: nam ex Civitate facile erat Episcopo peracta visitatione ad domum suam redire, & ibi comedere, secundum Goffred. nec debebat iterum quod domum exire, quoniam, quamvis non visitaret, ut cap. Cum ad omni supra de vita, & honestat. Clerici. cap. Cum pro causa de procurat. cap. Ut praeterita, de elect. & cap. Procuraciones, supra eod. Rarius dicit Canon **11** Visitatores esse procurandos, cum per non sint Civitates Parochias fatigantur, ut cap. Charitatem §. Visitatores 12. q. 2. Ergo a contrario non sunt procurandi cum fatigantur per Parochias sive Civitates: sed ratio decedendi contra tum fuit secundum Hostien. quia dignum est, ut qui spiritualia temant, & temporaria meret. 1. ad Corinth. 9. §. His ita 13. q. 1. & cap. Cum ex officio de praescript. Unde procuratio est visitationi annexa, c. Cum venerabilis §. 1. supra eod. Hinc autem ratio quae viget in visitatione Civitatis atque Diocesis, ita Host. hic in princ. vers. Tu dicis quod pro Monachis, Joan. Andr. n. 15. Card. n. 3. Anchar. n. 4. & Abb. n. 2. **12** Non obstat Jura in contrarium adducta, quia loquuntur de expensis factis occasione negotiorum, quae tunc demum repetuntur, cum interest; sed procuratio debetur ratione officii, est non interest, ut ostendit Host. Item non obstat d. c. **13** Charitatem 12. q. 2. quia non loquitur de visitatione, quae incumbit Episcopo ratione officii, sed de visitatione mensis Episcopalis, sive vacante, ubi quidam Clerici in propria Civitate habentes Hospitia debent illam gratis juvare, cum non interest ipsorum: quod si trahant extra, providebit eis, ne obsequium sit ipsis damnosum, ut hic dicitur in fine. Sed in visitatione Episcopi consideratur officium, & non interesse, ut praedixi; & ideo exhibenda est illi procuratio, etiam cum visitat Ecclesias Civitatis, ut hic deciditur: Hodie dic fecis, quia jure novissimo Concilii Tridentini, **14** sess. 24. cap. 3. Serio monentur Episcopi, & alii ad quos visitatio spectat, ut modesta sint contenti equitate, ne inutilibus sumptibus cuiquam graves onerose sint, neve nisi, aut quisquam suorum quidquam procuracionis causa pro visitatione etiam testamentorum ad pios usus, praeter id, quod ex relictis piis jure debetur, aut alio quovis nomine nec pecuniam, nec munus quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant; non obstantibus quaecumque consuetudine etiam immemorabili, exceptis tamen vicualibus quae sibi ac suis frugaliter moderatè pro temporis tantum necessitate, & non ultra erunt ministranda. Hinc ibi. Dum igitur visitant Ecclesias Civitatis non sunt procurandi, quia cessat illa necessitas temporis, quoniam Concilium praedictum ad hoc requirit, cum visitatione expleta, possint domi suae vicium sumere; & hanc facultatem jampridem probavit S. Congregatio ejusdem Concilii Interpretum: nam dubitante Episcopo Tarentin. an in visitatione possit exigere procuracionem a Canonice Cathedralis Ecclesiae, censuit cap. 3. sess. 24. dum de vicualibus Cathedralis Ecclesiae, sed Diocesis tantum, ibi, equitate; ibi, pro temporis necessitate, &c. Sed & alia censuit nullam deberi procuracionem Episcopo visitanti Clerum Civitatis, ubi sita est Cathedralis. Verumtamen querenti, an Concilium cap. 3. sess. 24.

Quod nota ibi, *procuracionem hactenus non solverunt*: procuracionem ratione visitationis debitam non esse a subdito praescriptibilem, ut hic patet expresse, nam ut vides; hoc Monasterium nunquam procuravit Episcopum, & tamen compellitur ad procuracionem exhibendam: concordat cap. Cum instantia supra eodem, & cap. Cum ex officio de praescript. & hic notant gloss. 2. Innocent. n. 6. Hostien. n. 1. in verb. Et ipsi, Butr. in 4. notab. Cardin. n. 1. Anchar. & Abb. ambo in 2. notab. & idem Abb. in Clem. Cum sit n. 2. de censib. Lap. allegat. 20. n. 9. vers. Licet tamen procuratio, Calder. conf. 86. circa med. vers. In talibus aliis 6. de offic. deleg. Dixi ratione visitationis debitam, quia aliae tres species procuracionis, videlicet quae debentur ratione consuetudinis, aut ratione pacti, vel privilegii, sunt praescriptibiles secundum Hostien. in cap. Procuraciones in princ. supra eodem. Item dixi a subdito, quia alius Prelatus contra Episcopum bene potest procuracionem praescribere, sicut & visitationem, ut est textus in d. c. Cum ex officio, & tenent hic D. Bores cum gloss. 2. & Calder. conf. 453. alius 11. in princ. de censib. & conf. 452. alius 10. eod. tit. Prima ratio cur adversus Episcopum hujusmodi praescriptio non currat, quia cum procuratio, ut praedixi, sit annexa visitationi, quemadmodum jus visitandi nunquam praescribitur, d. c. Cum ex officio: ita nec jus exigendi procuracionem, quia de connexis idem iudicium, ut dicitur in illa Decretali, Cum ex officio, & notat Abb. conf. 26. in princ. vers. Circa secundum lib. 6. Secunda ratio, quia si propter consuetudinem, vel praescriptionem Episcopi gratis deberent munus visitationis impendere, verendum esset ne visitationem negligenter, argum. d. c. Cum ex officio in fin. Hoc autem consistit esse absurdum, & quia iterandi visitationem est publicum utilitate & auctoritate, c. Si diligenti supra de foro compet. & consuetudo in talibus est toleranda, Nos consuetudinem 12. dist. Ita Innoc. hic in 6.

**Sed hodie hoc corrigitur a Concilio Tridentino in d. c. 3. In his verbis sess. 24.** ubi diversis verbis statuitur, ut in his locis, seu Provinciis, ubi consuetudo est ut nec vicualia, nec pecunia, nec quidquam aliud a Visitatoribus accipiantur, sed omnia gratis fiant, ibi id observetur, & in vers. sequent. infigitur transgressoribus poena.

**Sed hic incidit dubitatio;** quid si consuetudo non solvendi procuracionem non sit generalis in loco, vel Provincia, sed una tantum, vel altera Ecclesia Episcopum non procuraverit, an nihilominus liceat Episcopo ab Ecclesia illa procuracionem exigere.

Videtur respondendum licere: nam Concilium in dict. §. In his non loquitur de praescriptione, sed de consuetudine, ad esse autem consuetudinis requiritur ut sit generalis in loco, cum sit jus non scriptum universaliter constitutum, ut l. De quibus ff. de legib. instit. de jur. natur. §. Ex non scripto, c. Consuetudo 1. dist. & notabiliter declarat Azo. in summa, c. Qua sit longa consuetudo, Bart. post Cin. in l. 2. n. 11. & 12. Cod. eod. tit. Alexand. conf. 173. Viso n. 7. lib. 6. & haec est una ex substantialibus differentiis inter consuetudinem & praescriptionem, quae ex consensu singulari inducitur, ut notat gloss. ult. cap. fin. supra de consuetud. Bart. d. num. 11. & Abb. conf. 18. Primo quod communitas col. 4. vers. Non obstat sub num. 7. lib. 2. Neque a consuetudine, quae favorabilis est, licet inferre ad praescriptionem, quae est odiosa, ut notat Collect. in c. Cum contingat n. 1. sup. de decim. & Bero conf. 115. n. 27. lib. 1. Item verba illa, in his locis, seu Provinciis ubi consuetudo est, &c. non adaptantur ad observantiam unius, vel alterius Ecclesiae, argum. cap. Novit 12. dist. l. Omnes, hic, Aut Provinciam, aut locum, aut Religionem, c. de Episcop. & Cleric. Facit quod notat gloss. in c. 1. verb. Singularium de Constit. lib. 6. Item illa dictio, seu, quae non est proprie alternativa, sed ponitur inter ea quae sunt eadem generis, ut notatur per Doctores in capite Inter cetera, & ibi plenè dixi supra de praescript. Ostendit Concilium accepisse locum non pro Eccle-

520
In particulari, seu loco loci, sed pro Diece, aut Oppido,
quoque si locum intellexisset pro Ecclesia, incongrue dixerit
in loco, seu Provincia. Item eo casu non possent verificari
illa verba uniuersalia Concilii, ut gratis omnia fiant, si alii
qua Ecclesia loci procuracionem solueret, c. Si Romanorum
19 dist. Preterea non est credendum Concilium voluisse
preservare prescriptionem unius Ecclesie in prejudicium alio-

tur Holt. Joannes Andreas, Anchar. Abbas & communiter
Doctores, Archidiaconi alios referens in c. Romana n. 1. in
verbo de sclaribus de censib. lib. 6. & in specie de
tributibus infirmorum & leproforum, hoc tenent in d. clem.
Quia contingit, Card. n. 18. Imol. n. 23 ad fin. & Bonifacius
Vitalis n. 94 ubi concludunt Hospitalia hujusmodi quamvis
possint visitari, tamen non teneri ad procuracionem, quia
omnia sunt consumenda in alimenta Rectorum & pauperum,
ut in d. clem. idem firmat Lepus de Castellione in suo tract.
de Hospital. n. 48. Inter tractatus communes tomo 15. pag.
336. Quia sicut inquit, Episcopus debet visitare Ecclesiam
non obitante paupertate; & nihil exigit ab eo casu, ut notatur
in c. Romana §. 1. de censib. lib. 6. Ita & Hospitalia & nihil
exiget cum pauper intelligatur, sed curabit ut pauperibus
erogetur. Sequitur Silvester in verbo Hospitalia n. 16. vers.
Sed verius. Milinus eandem sententiam secutus, dixit rem
claram, cum uniuersis Hospitalium redditus ex dicta clem.
quia contingit, sint expendendi in usum pauperum, aut illi
etiam auctoritate Card. in c. Cum Romana de simon. & ali-

De Censibus, &
Auctoritate.
Nec dicit habendam esse rationem an redditus hospitalis sine
pingues an tenues, cum omnes sint destinati in usum pauperum
& quicquid detrahatur, pauperibus ipsis detrahi intelligatur.
A Monte idem censuit. Itaque Patres majori parte existima-

521
Nec dicit habendam esse rationem an redditus hospitalis sine
pingues an tenues, cum omnes sint destinati in usum pauperum
& quicquid detrahatur, pauperibus ipsis detrahi intelligatur.
A Monte idem censuit. Itaque Patres majori parte existima-



DE CENSIBUS.

Gregorius IX.

CAPUT XXVII.

Auctoritate presentium inhiemus, ne quis pro eo quod in oratoriis, quae in
grangis vestris habetis, interdum aliqui vellem celebrant, procuraciones, quae
ratione visitationis debentur, a vobis exigere vel extorquere praesumat.

SUMMARIUM.

- 1 Procuratio non debetur propter privatam Oratorium.
2 Oratoria privata non sunt sub potestate Episcopi
quoad visitationem, & procuraciones, & n. 29.
3 Oratorium, vel Hospitalia non probatur esse publicum ex
eo tantum, quod interdam ibi celebratur.
4 Nisi actus celebrationis sit publicus.
5 Oratorium & Ecclesia in quo differunt & num. 27.
6 Oratoria privata non gaudent immunitate Ecclesie, nec
possunt ibi publice teneri, nisi iuxta dispensationem nec
Missae celebrari & quod hodie est Oratorium, eras
poterit esse Camera & num. 27.
7 De jure potest ibi celebrari de licentia Episcopi, qui tamen
non debet eam concedere in magnis festiuitatibus.
8 Et quod post Concilium Tridentinum & n. 9. 17. & seqq.
9 Oratorium in possessu deservi auctoritate Episcopi si honeste
non tenetur.
10 Commissarius Cruciatum non potest concedere licentiam cele-
brandi in Oratoriis domesticis, an vero hac facultas sit
Papa reseruat & num. seqq. usque in finem.
11 Oratorium publicum quid differat a domestico.
12 Oratorium publicum tam de jure Canonico, quam civili
construi non potest sine auctoritate Episcopi.
13 Oratorium domesticum unquam fidelium licet habere in
domo sua & ibi orare, sed Missas celebrare non licet,
& num. 16.
14 Tridentini Concilii Decretum circa Oratoria expenditur.
15 Missam celebrandi licentia in oratoriis privatis non potest
concedi ab Episcopo, sed petenda est a Sede Apostolica.

- 19 Domus Principis, Arcei & Palatii in quibus Barones
jurisdictionem exercent comprehenduntur in prohibitione
Trident. Concilii de Missa in privatis domibus non ce-
lebranda.
20 Missa in domo privata ad hoc ut infirmis pro viatico
communicetur, celebrari non potest de licentia Episcopi.
21 Indultum audiendi Missam in domo propria sublatum est
a Conc. Trident.
22 Licentia celebrandi in Oratoriis privatis quibus condi-
tionibus concedi consueverunt a Sacra Congregatione
Concilii.
23 Episcopus potest concedere licentiam celebrandi in Oratoriis
publicis.
24 Oratorium ut publicum censetur debet habere ostium im-
mediatè respondens in viam publicam sine ullo aditu vel
prospectu a loco privato.
25 Oratoria quae in Monasteriis & Hospitalibus Ecclesiasti-
cis constructa sunt, censentur publica.
26 Oratoria pro infirmis Monialium qualiter concedantur
a Sede Apostolica.
27 Oratoriis privati appellatione ex Bulla Cruciatum non venit
domesticum, sed publicum quod privatam appellatur ad
differendum Ecclesie consecrata.
28 Subiecta talia sunt qualia praedicta demonstrant.
29 Oratoria publica possunt visitari ab Episcopo, non autem
privata.
30 Bulla Cruciatum interpretari debet, ut minus deroget juri
communi & Concilio Tridentino, quam fieri potest.

Auctoritate. Propter privatam Oratorium procuratio non
debetur. Hoc dicit: Secundum Joan. Andr. & omnes.
Non dividitur.
Nota primo ibi; Procuraciones quae ratione visitationis de-
bentur. Privata Oratoria non esse sub potestate Episcopi
quoad jus exigendi procuracionem & consequenter nec quoad
jus visitandi, quia procuratio de jure est annexa visitationi
c. Cum venerabilis, §. 1. supra eodem, c. Cum ex Officio,
de prescriptionibus, gloss. 1. in regul. Odis, de regul. jar.
lib. 6. Nec potest esse annexum sine suo principali; cap. Et
quod diximus 16. quast. 7. gloss. 1. in regul. Odis, de reg.
jur. lib. 6. Anchar. eod. 324. Dubium est, num. 3. Prop-
terea igitur nihil est procuracionis nomine exigendum, quia
nihil est ibi visitandum ut dicit Vincentius de Goffredus
& post eos Hostiensis hic n. 1. & notat Abb. in 1. notab.
Secundo nota ibi, Interdum aliqui vellem celebrant. In
privatis Oratoriis quandoque Missae celebrantur & licet actus
celebrationis non inferat necessitatem, ut locus sit publicus
Pagnan. in III. Lib. Decretal.

quod nota secundum Anton. de Butr. hic in 3. notab. &
Abb. num. 1. quia facti pro hospitalibus in quibus interdum
celebratur. Nam ex hoc solo non concluditur hospitalia esse
religiosum, quia probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse
l. Neque Natalis Cod. de probationibus, & cap. de Translat.
Episcopi. Sed hoc intellige secundum eos, nisi adus cele-
brandi sit publicus, ita ut omnes indifferenter admittantur
ut notat Archid. in c. Nemo n. 2. de consecrat. dist. 1.
Quaero quae sit differentia inter Oratorium & Ecclesiam?
Solutio, dic secundum Innoc. hic post med. vers. Ecclesia?
Holt. num. 4. Joan. Andr. eod. num. Anchar. numer. 2. &
Abb. n. 3. Ecclesia dicitur ubi statuta est certa dos pro Sa-
cerdote & Clericis hinc deservientibus & pro aliis Ecclesiam
necessitatibus, d. c. Nemo de consecrat. distine. 1. cap. Sicut
infra de Consecrat. Eccles. vel Altar. Oratorium vero dicitur
quod non est dotatum, nec est edificatum ad Missam
celebrandam, sed tantummodo ad orandum c. Unicusque de
consecrat. dist. 1. & in Auth. Ut nullus fabr. orat. dom. §.
Q 6

Quare et si hodie sit Oratorium, etas poterit fieri camera  
 non sit locus Deo dicatus, secundum Host. hic & Joan.  
 Andr. n. 2. Unde in hujusmodi Oratoriis non possunt pu-  
 blicè teneri ac pullari Campanæ, c. *Patentibus infra de pri-  
 vilegiis*, nec gaudere immunitate Ecclesie ut contra Goffre-  
 dum notat Host. hic num. 2. *vers. Et quamvis Goffredus*,  
 Joan. Andr. eod. num. Abb. num. 4. & scripti plenius in c.  
*Ecclesia num. infra de immunit. Eccles. & infra subjectionem n.*  
*14. & 15.* Nec hic licitum est Missas celebrare, ut in iuri-  
 bus proximè citatis. Dixit tamen Innoc. & post eum Host.  
 hic num. 4. & Joan. Andr. eod. num. posse in eis quando-  
 que celebrari de licentia Episcopi qui tamen non debet eam  
 concedere in magnis festivitatibus, c. *Clericos & c. Si quis*  
*extra parochias, de consecr. dist. 1.* Quin imò fatetur idem  
 Innocentius hic post medium quod si in quorum sunt Ora-  
 toria, non teneant ea honestè, nec faciant ibi celebrari po-  
 terit Episcopus ea destruere, c. *Omnes, il. primo & c. seg.*  
*de consecr. dist. 1.* Sed hoc verum putat Host. num. 2.  
*propi. fia. vers. hoc intelligas* & Joan. Andr. n. 3. *vers. quod*  
*verum putat* dummodò fuerit dedicata auctoritate Pontificis  
 edificata ad celebrandum, alia contra ut dictum est supra.  
 Verùm quoad celebrationem Missæ post Concilium Trident.  
 hæc non procedunt ut dixi in c. *In his, de privileg. & infra*  
*subjectionem n. 17. & seq.*  
 Uterius. Quæro utrum in vim Bullæ Cruciatæ Commis-  
 sarius impertiri possit licentiam celebrandi Missam in Orato-  
 riis ab Ordinario visitandis & approbandis, an verò hæc fa-  
 cultas sit Sedi Apostolicæ reservata  
 Pro solutione primò supponenda est distinctio inter pu-  
 blica & domestica Oratoria; publica enim non possunt con-  
 trui sine auctoritate Episcopi. Concilium Calcedon. can. 4.  
 relatum in c. *Quidem 18. quest. 1.* Placuit igitur neminem  
 ad edificare, aut construere Monasteria ac Oratoria domum  
 sine conscientia ipsius civitatis Episcopi. Quod est etiam de  
 Jure Civili ut in Auth. *Ut nullus fabricet Oratorii domos*  
*præter voluntatem Episcopi*, & ut deprecat prius, quæ circa  
 decentiam & statum in fabricando Oratoria sufficiant. Et in  
 nigro! Sanctius nulli licentiam esse neque Ecclesiam neque  
 Oratoris domum incipere edificare, antequam Deo amabilis  
 Episcopus Crucem figat. At in domesticis auctoritas Episcopi  
 non requiritur, Concil. Aurelian. c. 3. relatum in cap.  
*Unicuique de consecr. dist. 1.* Unicuique fidelium in domo  
 sua Oratorium licet habere & hic orare.  
 Hanc primam differentiam ponit Cardin. Zabarella *conf.*  
*11. Pro enucleatione*, & Lopus *allegat. 41. Quaritur de*  
*tribus n. 2. Butr. conf. 19. Quia hic agitur, n. 19. Quintil.*  
*Mandol. in reg. de Annal. quest. 17. num. 9. vers. Oratoris*  
*aliqui in duo genera dividunt.* Hinc resultat secunda differ-  
 rentia, nam publicum est Ecclesiasticum, domesticum verò  
 profanum: Ideoque illud potest visitari ab Episcopo Inno-  
 centius & Doctores hic; domesticum non potest ut hic est  
 casus, secundum ea que dixi supra in 1. *notab.* In illo licet  
 habere campanas, c. *Nimis iniqua de excess. Prælator.* locus  
 in hoc c. *Patentibus de privileg.* ubi de Templariis & Hospi-  
 talaris, Butr. d. *conf. 19. num. 19.* Illa gaudent immuni-  
 tate hæc non, Paulus de Castro *conf. 167. Præsupposita n.*  
*4. lib. 2. Romanus lare conf. 477. in casu proposito nu. 2.*  
*& seq. & dictum est supra n. 6.*  
 Dum in illis etiam de Jure Communi poterat celebrari  
 exceptis majoribus solemnitatibus, Concilium Agath. c. 2.  
 c. *Si quis, de consecr. dist. 1.* Si quis in agro Oratorium  
 habere voluerit ut hic Missas audiat permitimus, Pascha  
 verò, Natali Domini non nisi in civitatibus sive parochiis au-  
 diant & pater ex dictis supra n. 7.  
 Contra in domesticis dicto Concil. Aurelian. (Unicuique  
 fidelium in domo sua Oratorium licet habere & hic orare.)  
 Missas autem ibi celebrare non licet. De quo habetur alius  
 titulus in Auth. (ut in privatis domibus sacra Mysteria non  
 fiant,) & in nigro: (Interdicimus omnibus in domibus suis  
 habere quædam quasi Oratorum domos & in his sacra ce-  
 lebrare Mysteria, sed solius Orationis gratia hoc eis permittimus.)  
 Hanc differentiam clarè constituit Trident. Concilium c.  
 unico *sess. 22. de observ. & evit. ibi: Neve patiatur priva-  
 tis in domibus & omnino extra Ecclesias & ad divinum tan-  
 tum cultum dedicata Oratoria ab Episcopi visitanda & ap-  
 probanda sacrificium Missæ peragi: ibi enim Concilium duo  
 facit; primò veterat Missam celebrari privatis in domibus;  
 deinde similiter veterat ne id fiat in locis que sunt omnino  
 extra Ecclesiam & extra Oratoria ad divinum tantum cul-  
 tum dedicata ab Ordinario designanda & visitanda. Ex qui-  
 bus colligitur Concilium agnovisse hanc differentiam inter  
 Oratoria domestica & publica, & domestica esse illa que ut  
 sunt in privatis domibus ut extra Ecclesiam seu extra Ora-  
 toria dedicata ad Cultum Divinum & in his absolute prohibi-  
 buisse Missæ sacrificium fieri etiam Episcopo permittente, &  
 in hoc sublatam esse antiquam Canonistarum alterationem, &  
 Publica verò esse illa, que extra privatas domos ad divinum*

tantum cultum sunt dedicata & designata ab Ordinario, id  
 est Ordinarii auctoritate constructa de quibus per Cardin.  
 dist. *conf. 11. num. 5. in fin. vers. Et pro predictis.* Etia  
 his permittit Missas celebrari prævia tamen visitatione seu  
 approbatione Ordinarii.  
 Porro quoad Oratoria domestica Sacra Congregatio aliis  
 consultata, utrum Episcopus attentio, Concilii Tridentini De-  
 creto, in Oratoriis existentibus in domibus privatorum cele-  
 brandi Missas licentiam ex causa concedere possit, censuit non  
 posse, sed hanc licentiam petendam esse à Sede Apostolica  
 pro ut post Concilium Tridentinum hæc observantia est.  
 Et propterea iussa Pauli V. me Secretario, dedit litteras cir-  
 culares ad universos Episcopos, quibus declaravit hanc facul-  
 tatem illis non competere; etique injunxit ut si quas licentias  
 à se ipsis vel à suis antecessoribus concessas reperissent, nullas  
 & irritas decernerent. Item cum dubitatum esset an in domo  
 Principis possit Missa celebrari quasi non velat appellatione  
 domus private, sic etiam de Archiebis & Venatis Baronum ubi  
 exerceant jurisdictionem, Sacra Congregatio respondit com-  
 prehendi dicto Decreto Concilii hujusmodi loca. Et cum  
 Cardinalis Legatus Portugallie petisset ut possit concedere  
 licentiam celebrandi Missam in domo private deceret accom-  
 modata, cum infimus aliqui pro viatico debet communicari;  
 & hoc quia in illis Regionibus sunt multa loca aded dispersa  
 & remota à Parochiis, ut non sine maximo incommodo possit  
 Eucharistia Sacramentum circumferri, Sacra Congregatio re-  
 spondit non esse concedendum. Quod etiam cum Agnesia &  
 Teresia de Cushman dubitasset an indultum audiendi Missas  
 in propria earum domo sibi per Paulum III. concessum, per  
 Concilium fuisse sublatum, Sacra Congregatio censuit esse  
 sublatum, concessit eis tamen ut Missas in illa domo audirent  
 in Oratorio tantum ab Ordinario approbando. Atque ita ejus-  
 modi licentia celebrandi in Oratoriis domesticis consequenter  
 olim obtineri ab eadem Congregatione Concilii in qua etiam  
 stabilitæ fuerunt conditiones & à Sanctissimo approbatæ,  
 quibus ille deinceps essent concedenda, nemo.  
 Primò ut Oratorium constituitur in loco decenti & clauso;  
 visiteturque & approbetur ab Ordinario.  
 Secundo ut facultas hæc non concedatur nisi viris aut femi-  
 nis primariis morbo aut alia causa impeditis ne ad Ecclesiam  
 accedant.  
 Tertio in die Paschatis teneatur ei cui conceditur adire Pa-  
 rochiale Ecclesiam.  
 Quarto ut id concedatur sine præjudicio jurium Para-  
 chialium.  
 Quintò, ut qui ibidem Missas audierint, non liberentur  
 ab obligatione accedendi diebus de præcepto ad Ecclesiam  
 pro Missis audiendis præter eos familiares & familiares tantum  
 qui servitio Domini cui facultas conceditur, fuerint neces-  
 sarii.  
 Quibus de Mandato Pauli V. alie etiam conditiones fue-  
 runt adjecte in Congregatione Oratoriorum.  
 At verò de Oratoriis publicis Sacra Congregatio sepius  
 declaravit esse in facultate Episcopi ubi illa visitaverit, ac  
 Divino cultui peragendo apta ac decentia esse competere,  
 licentiam impertiri ut in eis Sacrosanctum Missæ sacrificium  
 celebrari valeat. Et Oratoria publica censuit esse cum habent  
 ostium quod immediate respondet in viam publicam & nullum  
 habent aditum vel prospectum à loco privato, etiam si in pri-  
 vato solo constructa sint aut parietes habeant cum ædibus pri-  
 vatorum communes. Item publica censuit esse illa que in locis  
 publicis constructa reperiuntur, veluti in Monasteriis &  
 Hospitalibus Ecclesiasticis, licet quoad Monasteria Monialium  
 Congregatio ipsa hanc licentiam aliquandò impertiri fuerit  
 pro Oratorio in eorum Infirmaria constructo cum clausulis,  
 dummodò Oratorium visitetur & approbetur ab Ordinario; &  
 ita constructur ut separatim à loco Infirmarie & clausum  
 maneat nec aperiar nisi quando Missa hic erit celebranda &  
 arbitrio Ordinarii sic optetur, ut Moniales infirmæ possint  
 videre & audire Missam eo duntaxat die quo Sacram Eucha-  
 ristiam sumere voluerint. His positis, quidquid contra fenserit  
 Ludovicus Lopez in suo *Instructorio c. 6. de Ball.* videtur  
 respondendum Cruciatum dum dat facultatem celebrandi in  
 Oratoriis etiam tempore interdictionis, nequaquam esse intel-  
 ligendam de Oratoriis domesticis.  
 Primò, quia est loquatur de Oratoriis privatis, hæc tamen  
 qualificat per verba illa *ad Divinum tantum cultum dedicati*,  
 que quidem qualitas minimè congruit Oratoriis domesticis  
 que sunt omnino profana; & hodie sunt Oratoria, etas  
 camera, Glossa in Clem. *Quia contingit, in verb. Altare*,  
*de relig. domib.* Cardin. d. *conf. 11. n. 12.* Paul. de Castro  
*conf. 167. Præsupposita, in fin. lib. 2. Roman. conf. 477.*  
*In casu proposito, num. 5. & dictum est supra n. 6.* Sed con-  
 gruit tantum Oratoriis publicis, que sacris Ministeriis dedi-  
 cantur auctoritate Episcopi, nam locus quilibet consecratus  
 divino obsequio est Sanctum Sanctorum Domino, cap. *Nulli*  
*12. q. 2. cap. Mancipia, de rer. permat.* que Jura ad propo-  
 situm nostrum adducit Card. d. *conf. 11. in prime. n. 1. vers.*

Primo quidem. Qualia sunt Oratoria Hospitalium, & Con-  
 frateritatum, cap. *Ad hæc, de religiois domibus, c. Ovi-*  
*dum, 18. q. 2. cap. Nemo de consecr. dist. 1. Lupus d. alleg.*  
*41. Calder. conf. 352. An Episcopus, ubi 23. de resam.* Ne-  
 que verò huic interpretationi repugnant verba illa Bullæ, in  
 privatis Oratoriis; nam quamvis Oratoria dicata ad divinum  
 cultum verè dicantur publica, si considerentur ad differen-  
 tiam illorum, que quilibet privatus sine Episcopi auctoritate  
 sibi constructi intra domesticos parietes; tamen appellari pos-  
 sunt privata, si considerentur ad differentiam Ecclesiarum,  
 à quibus differunt, quia Eccle siæ dotantur, non Oratoria;  
 ut per Gardin. eod. *conf. 11. num. 10.* Anon. de Butr. *dist.*  
*conf. 19. n. 19. Rota decis. 508. part. 1. divers. Covarr. in*  
*cap. Alma Mater, in 2. part. relect. §. 4. n. 2.* Et siue de-  
 clarat Quintilianus Mandolus in reg. de *Annali quest. 17.*  
*n. 7. & seq. & constat ex dictis supra in 1. quest. num. 5.*  
 Undè cum privatum Oratorium secundum latitudinem voca-  
 bili dicatur omne quod non est Ecclesia, sive illud sit in  
 fe publicum, sive domesticum; secundum Mandol. d. n. 7.  
 Bulla addendo illa verba, *Ad divinum tantum cultum dedi-*  
*catis*, satis declarat se non intellexisse de privatis, prout  
 contra distinguuntur apud publicis, sed de privatis, prout con-  
 tra distinguuntur ab Ecclesia. Nam talia sunt subiecta, qua-  
 lia prædicta demonstrant, l. *Qui vinum, ff. de vin. tri. &*  
*oleo legat. Oldrad. conf. 80. incipit. Talia sunt subiecta,*  
*Anchar. conf. 65. Pro clariori n. 5.*  
 Et confirmatur ponderando subsequencia verba Bullæ: Ab  
 Ordinario visitandis & approbandis, que similiter non applican-  
 tur nisi publicis: nam publica tantum possunt visitari,  
 secus domestica, ut in hoc cap. & dixi supra in 1. *notab.*  
 Obervandum est etiam Bullam hæc in parte loqui per  
 eademem verba, quibus loquitur Concilium in d. §. *Neque*  
*patiantur.* Sed decretum Concilii in illis verbis, *Ad divinum*  
*tantum cultum, &c.* non habet locum nisi in Oratoriis pu-  
 blicis, ut ostensum est supra. Ergo nec Bulla que verba sua  
 à Concilio mutuavit, l. 2. c. de *Noxal. l. Juris gentium, §.*  
*Si pacifera, ff. de pactis, juncta l. Transfere, ubi gloss.*  
*magna, C. de transact. Bart. & Doctores in l. Sciendum*  
*ff. Qui satis dare cogatur.* Alioquin verba Bullæ, *Ad divi-*  
*num cultum dedicati*, essent inania, & nihil operarentur.  
 Atque ita in terminis Bullæ Cruciatæ declarat. Henrici de  
 Indulgent. lib. 7. n. 4. *lit. K.*  
 Præterea Bulla debet interpretari ut minus deroget juri  
 communi & Concilio, quam fieri possit, cap. *Pastoralis, de*  
*privileg. cap. 1. §. Numquid, eod. tit. lib. 6. ubi Gemin.*  
*in 1. notab.* Si intelligatur ut det licentiam celebrandi in Ora-  
 torio domestico, & in tempore interdictionis, corrigi in duo-  
 bus. Est enim contra Concilium quoad Oratoria, & contra  
 jus commune tam quoad interdictionem, cap. *Alma Mater, de*  
*sent. excomm. un. lib. 6. quàm quoad Oratoria, ut in iuri-*  
*bis n. 13. allegatis.* Regò satis est, ut in uno corrigat jus

comune, cap. *In his de privileg.* Undè hanc theoriam  
 DD. communiter desumunt, & pluribus comprobat Suarez  
 l. 8. de leg. cap. 14.  
 Et confirmatur, quia est propter preservationem Ponti-  
 ficie auctoritatis, de que in c. *ult. sess. 25.* non requiritur ut  
 Tridentino Concilio speciatim derogetur, ut requiritur in  
 aliis Conciliis generalibus, juxta text. in cap. *Ex parte, de*  
*Capell. Monach.* Necessè est tamen, ut Papa expressè statu-  
 at contrarium jus, quod Concilium disposuit, ut scriptum  
 declarat S. Congregatio ejusdem Concilii Interpretes, ut  
 patet ex motu proprio Pii V. ut dixi in cap. *Nulla, n. 86.*  
*jurà de concess. præbend.* At Bulla tantum abest ut expressè  
 statuat contrarium ejus, quod statuit Concilium, ut potius  
 disponat illud idem quod Concilium disposuit, cum hincem  
 verbis utatur, ut dictum est supra.  
 Non obstat particula implicative; *etiam*, quia implicat  
 suppositivè, ut in indultis vescenti caribus etiam temporibus  
 jejuniorum, & quadragesimæ, & celebrandi etiam tempore  
 interdictionis, supponit licentiam celebrandi in Oratorio aliis  
 temporibus. Id autem duplietè potest contingere, vel quia  
 publicum, vel quia adit privilegium Sedis Apostolicæ.  
 Dicendum ergo aut Bullam loqui de publicis, vel de do-  
 mesticis cum suppositione privilegii; debet enim supponere  
 terminos habiles. Atque hunc intellectum ad Bullam vide-  
 tur sequi Henric. *loc. cit.* & ita olim declaravit Sacra Con-  
 gregatio Concilii; censuit enim Commissarius Cruciatæ non  
 habere facultatem concedendi licentiam celebrandi in Orato-  
 riis domesticis, sed tantum in Oratoriis publicis ad divinum  
 cultum dedicati.  
 His accedit observantia subsecuta tam quoad Commissa-  
 rios, quam quoad Papam. Quoad Commissarios, quia nun-  
 quam usi hac facultate; nec est verisimile ut non fuisse si  
 habuissent. Et Archiepiscopus Tolosanus revocavit concessio-  
 nes quas fecerat in vim Bullæ, & declaravit eas Pontifici  
 reservatas.  
 Quoad Papam, quia concedit licentiam cum multis clau-  
 sulis & moderationibus quarum superius meminimus n. 22;  
 & cum magna difficultate. Quod esset ridiculum si unicuique  
 liceret ex Bulla Oratorium habere. Et arguet absurdum;  
 quia sine licentia Commissarii id omnibus liceret etiam in-  
 firmæ conditionis mediocribus duobus repulsi, nulli enim  
 in Butr. fit mentio de licentia Commissarii, nisi quoad In-  
 dultum celebrandi ante lucem.  
 Ultimò, causa impulsiva que movit Paulum V. ad revocan-  
 das licentias celebrandi in ejusmodi Oratoriis, fuit quoniam  
 relati fuerunt graves abusus qui in hac materia irreperant; &  
 præsertim quòd Mauri & Christiani novi in eis abutebantur  
 Sacramento & committabant detestanda sacrilegia. Undè si  
 id esset hæc facultas, tamen expeditet eam revocare, ad cap.  
*Suggestum de decimis.*

